quod non progreditur ignem generandum
Agentia autem per intellectum agunt pro-
gnoscendo quia agunt per preceptum
Cum ergo verbum sit agens per intellectum
et agens progrediendo et hoc est quod voluit
dicere ewangelista quod dicit ita facta sunt omnia
per verbum et ita sunt facta quod antequam fierent
vivebant in verbo vivebant dico quia
per intelligebantur et progrediebantur a verbo
Intelligere enim est quoddam vivere vivere
i. dicitur multis modis vegetari i. est
quoddam vivere et est infimus gradus vite
Similiter sentire est quoddam vivere Sed
intelligere est summus gradus vite et talis
gradus est in deo ex hoc quod continue intel-
ligit seipsum et omnia alia Crisostomus ait quod
intelligit omnia sed quod sit agens omnia
progrediens (Secundo) potest hec clausula intel-
ligi ad quod factum est in ipso vita erat
ad ostendendum ipsius verbi im mu-
tabilem dispositionem Deum enim erat

per omnia facta essent per verbum in ex quo
dicto posset aliquis suspicari quod verbum esset
mutatum quia in principio non fecit et postea
in tempore fecit videretur quod sit mutatum
hanc suspicationem volens excludere
ewangelista dixit Quod factum est in ipso
vita erat Quasi diceret non subito
venit in mentem verbi ut vellet
facere omnia sed ab eterno disposuit
omnia facere in qua dispositione
omnia vivebant sicut omnia arti
ficiata vivunt in mente artificis
De hac expositione huius clausule
sic dicit Augustinus Respondeat ewangelista omnem
creaturam dixit factam per verbum ne
quis forte crederet mutabilem eius
voluntatem quasi subito vellet facere
creaturam quam ab eterno nunquam fecisset
et ideo docet creaturam factam quidem esse
in tempore sed in eterna conditoris sapientia quando
et quos esset facturus fuisse dispositam
ut autem hec melius videamus Notandum
est quod si deus fieret de non intelligente
intelligens vel ~~ne~~ de non disponente
disponens quod ab eterno non disposuisset
et postea disposuisset in tempore necessario
mutaretur Eodem modo mutaretur si de
nolente fieret volens Ratio huius est
quia iste disponere et intelligere et velle
in deo dicunt actum intrinsecum non
transeuntem in exteriorem materiam
quia ut dicitur nono Metaphysice intel
ligere et velle sunt actiones mane
ntes in agente et quod manet in agente
ideo non potest esse successio et variatio
in talibus actionibus sine mutatione
agentis Igitur deus non potest fieri de non
intelligente intelligens vel de nolente
volens sine mutatione sui potest fieri tamen
de non creante creans sine sui mu
tatione Et ratio huius est quia creare
est actio transiens in exteriorem materiam
quia creaturam et ideo tota mutatio est

ex parte creature et non ex parte creantis
Est enim advertendum quod illo potest advenire
aliter mutatio alterius sine mutatione
sui Creatio in instante potest dici relatio
creatoris ad creaturam et ideo potest prove
nire per solam mutationem creabilis
Tertio potest hec clausula introduci Quod
factum est in ipso vita erat ad ostenden
dum in ipso facto duplicem existendi
modum videlicet evidenter Notandum
est quod secundum Augustinum super Johannem omelia prima
hec clausula sic ita punctetur Quod
factum est in ipso vita erat sic punc
tatur quia si ita punctabitur sequeretur
quod omne vivit quod autem sequatur pro
bat sic Augustinus secundum hanc punctationem
omne quod factum est in ipso verbo est vita
et per consequens vivit sed omnia facta sunt
in ipso verbo quia David ait
omnia in sapientia fecisti Sapientia
autem est ipsum verbum ergo omnia
vivunt etiam lapis vivit quod est
impossibile ut dicit hoc impossibile non
sequatur docet secundum Augustinum litteram sic pun
ctari Quod factum est in ipso vita erat
quasi diceret ewangelista sic punctando Quod
factum est hoc quod vivat ipse ad lap
videret consistit factum sed tamen vivit
in verbo ex quo vivunt quia res facte
habent duplicem modum existendi Unum
modum existendi habent in effectu sic quod sunt
in se ipsis et quedam vivunt et quedam
non Secundum modum existendi habent in verbo
et in conceptu primi artificis in quo
conceptu omnia vivunt De hoc duplici
existendi modo sic loquitur Augustinus super
Johannem omelia prima ponens exemplum de du
plici esse artificii sicut duplex archa arche
in arte invisibilis et in opere visi
bilis erit Certe facta est archa de opere
nunquam desistit esse in arte quasi diceret non
sed illa in opere est facta et illa manet
que in arte est Nam potest illa archa
putrescere et iterum ex illa que in arte est
alia fabricari Archa in opere

Sermo the. in natali

non est vita artificiata in arte est vi
ta qua vivit anima artificis ubi
sunt ista omnia antequam proferuntur
in opere. Nota tamen quod origenes
habet duplicem modum essendi. Alius ponit
ponit enim quod omnia sunt in verbo
unitate tali et uniformiter quod
tamen sunt in seipsis diversimode et effec
tive. Non est enim impossibile quod
aliud modum essendi habeant res
vitam in verbo et in seipsis et ponit
exemplum de pluralitate herbarum et
fructuum in semine diversa et quod
tamen in singulis seminibus sicut centrum
multiplices eorum regule in se in
arte artificis unum sunt infinitum
etiam numerabilium in uno puncto
unum subsistit et per eundem modum
facta que sunt diversa in se unum
sunt in verbo in quo vivunt. Certo
sicut introducitur clausula. Ad ostendendum
viam spiritualis vivificationis actus
admonet evidenter. Nota de quod haec
clausula sub hunc modum ita vivificat
sicut illa quam dicit apostolus ad Cor.
de Christo quod in factus est pro nobis sa
pientia et iustitia. Certum enim est
quod Christus fuit sapientia in se tan
tum et nobis sapientia in tempore ex eo
quod facit nos sapere. Eodem modo vita
erat in verbo ab eterno sed factus est
nobis vita in tempore dum nos spiritualiter
vivificat. Vel legebatur littera vita
erat in ipso verbo quod factum nobis
factum est. n. nobis quia nos vivificet.
Nota quod haec clausula. Quod factum
est in nobis vita erat sicut aliter
legitur quod hic factum referatur ad huma
nitatem Christi in Christo. n. fuerunt
due nature divina et humana. Divina
non fuit facta sed humana. Per haec
est psalmus. Quod factum est in ipso verbo
s. quod factum est caro vita erat s. re
demptorum. Et 2a in hunc modum legendum

est bonum thema. Quod in nat. dom.
in primo misterio incarnationis
humilitas eius dicitur quod factum est de ipso
2o. notatur in incarnationis utilitas
eius dicitur vita. Continua ad 3m. Nota
est quod triplex fuit humilitas Christi. Prima
in incarnatione 2a in conversatione
3a in passione. Prima contra hos
superbiam dicitur. 2a contra eos qui legi subiecti
pro illatam iniuria patienter
tempore. De prima dicitur est in Ioh. verbum
caro factum est. De 2a ad Gal. factum
sub muliere factum sub lege. De 3a
Luc. xxii factus est in agonia pro
lixius orabat. Continua ad 2m
est ea humani generis utilitas
eius dicitur vita erat. Nota est quod hic
Christus fuit causa efficiens vite in
teriori per gratiam fuit causa exem
plaris exterioris vite per conversationem sanctam
fuit causa finalis vite per conversationem
statum superiorem per gloriam. De primo sicut
accipi id quod dicitur est ad Cor. I
factus est primus adam in animam
viventem. 2us autem adam in spiritum
vivificantem. De 2a de virtute. Tu Christe
erit vita tua pendens ante te.
De 3o Ioh. ultimo sumus in vero filio
eius hic est verus deus et vita eterna.

Deinde dicitur. Et vita erat lux
hominum. Postquam ostendit quod quibus
est omnia procedentibus hic ostendit
quod est alius cognitionum rationes et dicit
facit creaturam. Quia primo ostendit quibus
est cognitio aliis rebus sicut lux
participata. 2o ostendit quod ita est
lux participata que est lux in
perfecta ubi. Et lux in tenebris
quantum ad primum dicit et vita s. iam
dicta erat lux hominum i. participata
ab hominibus. Ad quod autem clausule
evidenciam nota est quod haec clausula
primo introducitur ad ostendendam Christi
s. libi summam eiusdem utilitatem rationalis creatura

excedunt se 2m gradus creatura
rum sunt tm non tm viuunt et hic
tenet infimum gradum in entibus
Creature sunt et viuunt non tamen
intelligunt et hic tenet medium
gradum in entibus Creaturarum sunt
et viuunt et intelligunt et hec tenet
supremum gradum in entibus Sunt
intellectualia creata sunt intelligencie
et similia nunc gradum intellectualia
tenet deus et hunc gradum dedit intel
ligere Johannes qui dixit Et vita erat
lux hominum q. d. illud non solum
est inter entia quod deum erat
verbum erat impletum non solum est
inter viuencia quod deum quod factum
est in ipso vita erat sed est inter
intellectualia cum intellectualitas
est intellectualitas per essentiam partici
pata ab omni intellectu quod vita
illa est quedam lux hominum i. quedam
lux intellectualis participata ab hominibus
ut accipit hic preciosa racionalis
racionibus hoc quod ipsam lucem per ima
gina creatura racionabilis gessit unde
patet ubi Augustinus super Johannem Et
ipsa vita illuminat homines non pec
cora quod non sunt racionales mentes
ues que possunt videre sapienciam Com
mo potest intelligi quod vita erat lux
hominum participata ut instantum
dicatur homines illuminari in quantum
participant luce intellectuali que
nos illuminat ut perfectam edignita
ut vere speciem de qua participa
tionem 3 p. Signatum est super nos
lumen vultus tui domine hanc
autem participacionem vocat aliquando
Augustinus connexionem inter mentes
nostras racionales et illas vim scienti
alis hic vim malam humanam ama
nat diuinis ex quibus pendet connexi
onibus eadem dicit hic inclinans scit quod
illud sit verum dicit videt quod dicit ille
quibus connexa est racionibus videt

Aliquando autem Augustinus notat partici
pacionem huius lucis irradiacionem super
nas mentes nostras in qua videmus omne
verum Unde Augustinus sic dicit xiiº confessionum
Si ambo videmus esse verum quod dicis et
ambo videmus verum esse nisi quod dicis nisi
quesumus videmus ubi ego in te nec tu
in me Sed ambo videmus in ipsa que
super mentes nostras est quam incommutabili veritate
Secundo hic clauditur Et vita erat lux hominum
potest inducendi ad ostendendam hominis
dignitatem Videmus euidenter racionem
est quod lux omnia entia participant
eius primum eadem quidem quedam partici
pent sub racione entis et vivientis
et intelligentis et hoc modo participat
hic in quo ostenditur eius dignitas
ut sit ymaginem quod omnia entia
sunt entia per eius primum et omnia viua
sunt intellectus participacionem et res
intelligentes participat intellectualitatem per quam
quam intellectualitatem vocat hic ewangelista
lucem Creature aliquis quare
intellectualitas vocatur lux dicendum Ad hoc
dicendum est quod lux est res manifestandi
omne ut quod invidia in lumen mani
festatur quod igitur per intellectualitatem nobis
manifestantur intellectualia ideo ipsa intel
lectualitas dicitur lux unde Johannes 3º de
anima intellectum agentem vocat lu
cem intelligentis igitur quod sicut scilicet
lux exterior ad manifestacionem colorum
ita scilicet intellectualitas interior ad
manifestacionem intellectualium per quam
manifestantur ipsa intellectualitas
dicitur lux Deinde cum dicit Et lux in te
nebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt ostendit ewangelista quod
licet hec lux sit posita participata
tamen est incomprehensa Et hic est
sensus lucet quod licet lux participatur ab
hominibus qui in de se sunt tene
bre nisi lucem participarent
tamen homines non comprehendunt hanc
lucem i. non totam attingunt
quia eius participacionem

non attingit totaliter entis perfeccionem
quia eius perfeccionem excedit perfeccio. Ex
hiis autem clausule evidenciam non d-
est ex hiis clausula Et lux in tenebris lucet
secundum unum modum declarat item littera verbi re-
spectu dei infinitum intelligencium cum
secundum dionisium quod sicut se habet aer ad
lucem sensibilem ita se habet natura nostra ad lucem
primam intelligibilem. Sicut ergo aer de se
tenebrosus est nisi participat lucem sensibilem
na ita mens de se tenebrosa est nisi participat primam
lucem intellectualem. Unde dionisius in de divinis sicut
aer per se metipsum non lucem sed tenebras
vocatur mutuatur ita ipsa natura nostra sed
percipiat condicit quedam tenebrosa substancia
est capax ac percipiens lucis sapiencie. Ex hiis
quod est sic lux lux in tenebris lucet
id est lux lucet id est in nobis qui tamen nobis
velud sumus tenebre. Secundo haec clausula
lux in tenebris lucem declarat quomodo lux
per se presencialiter lux non percipitur sed est presens in
lectum modo lux intellectus eam non comprehen-
dit. Unde augustinus super Iohannem omelia prima sicut
ceci positus homo cecus positus in sole presens
est illi sol sed ipse soli absens est. Sic omnis
stultus omnis iniquus omnis impius cecus est
corde presens sapiencia que sapiencia non est
absens illi sed ipse absens est ab illa.
Ex hiis est sic Ecce qualiter lux id est sapiencia primo de se
lux in tenebris quia de se presens est sed tene-
bre eam non comprehenderunt quia intellectus
stultus qui hic tenebra dicitur luci absens
est. Tercio haec clausula Et lux in te-
nebris lucet declarat adventus utilitatem
Ubi notandum est quod omnia creata ab illo verbo
Et vita erat lux hominum prout intelligitur
de fluxu luminis naturalis de quo influ-
xu satis dictum est. Secundo prout intelligitur de
influxu gracie facte in nobis per christum intelligitur
convenienter. Unde alia. Augustinus. Deus est de creatore
respectu omnibus quia deus est omnia per ipsum
facta sunt hic verbo dicitur de restauratione
hominis per christum et hoc est quod dicitur Et vita
verbi erat lux hominum quia per ipsum verbum incar-
natum provenit in hominibus vita gracie
et lux sapiencie. Haec autem lux scilicet christus
lucebat in tenebris id est inter homines peccato-
res et errantes et tenebre eam non comprehen-

derunt id est cecitates habentes lucem ma-
gnam ob nubilationem non potuerunt. Notandum
est secundum augustinum circa hoc initium sancti
ewangelii quod quidam platonicus dicebat quod dignum
platonicum aureis literis conscribendum
et per omnes ecclesias in locis eminentissi-
mis proponendum esse dicebat. Idem eciam
Augustinus in libro 7 confessionum. hic reperiat de
quodam platonico qui fecerit librum qui dicit
verbum perfectum in quo sicut ait hic est
filius dei benedicti et bone voluntatis
qui humano ore enarrari non potest.

Fuit homo missus a deo cui
nomen erat Iohannes. Postquam ewangelista de verbo hic autem
de voce manifestante verbum
que vox Iohannes fuit missus a deo
ad verbum manifestandum. Et circa hoc facit quod
primo ponitur Iohannis missio ut esset
vox manifestativa. Secundo ponitur huius vocis
a verbo distinccio ibi Non erat ille lux.
Tercio ponitur verbi manifestati per vocem
condicio ibi Erat lux vera. Primo ergo ponitur
precursoris missio cuius notatur natura
cum dicitur fuit homo non angelus ad exclu-
dendum errorem illorum qui ponebant Io-
hannem fuisse angelum propter id quod
scriptum est de eo Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem meam.
Dicitur enim Iohannes angelus non natura
sed officio. Cuius eciam precursoris notatur
auctoritas cum dicitur missus a deo non
a se ipso per ad Romanos x. quomodo predicabunt
nisi mittantur qui enim a se ipso mittitur
non a deo non dei sed sua querunt
ut ad deum et non ad eorum Ad Corinthios iiii. Non
enim predicamus nosmetipsos sed ihesum
christum. Cuius eciam precursoris notatur
nomen cum dicitur Iohannes. Iohannes enim
gracia dei interpretatur. Ipse enim graciam no-
vi testamenti primo mundo manife-
stavit. Vel Iohannes interpretatur cui donatum
est quia per graciam dei donatum est illi non
solum precurrere regem regum sed eciam bap-
tizare. Cuius eciam precursoris ponitur
officium hic venit in testimonium. Venit
enim Iohannes ut veritati testificaretur quia

veritati testimonium dedit ut veritatis
propugnator quia veritatem dilatavit ut veritatis
propugnator quia pro veritate mortuus
est. Vlt pt inducti hec ps Fuit
homo missus a deo Vnde est eum
quod Johes venit ad docendum. Aliquis autem
qui aliquos bene doceat requiritur quod sit
in docente congruitas 2o requiritur quod
sit in doctrina veritas 3o requiritur quod
sit in doctore benignitas et bonitas
4o requiritur quod sit in docente bonitas
5o requiritur quod sit in doctrina ex parte sibi
utilitas Congruitas ex parte docentis
notatur cum dicitur Fuit homo congruum enim
est quod homo mittatur ad homines magis
afficiuntur enim ad se hominibus quam dicitur
quod ex sacerdotes constituit homines
infirmitatem sentientes Et non quod secundum
Augustinum super Johem iste homo mittitur
ut pro homine invenitur plus quam homo
Vnde sicut ait Augustinus Christus sic erat
homo ut in illo lateret deus et ideo
ante illum missus est magnus homo per cuius
testimonium inveniretur plus quam homo
2o dico quod in docente debet esse veritas et
hec notatur in doctrina iohannis cum dicitur
missus quia missus .i. fuit a veritate
prima que mentiri non potest Vnde Cris
missus est iohes et ideo nichil illorum
que ab illo dicuntur quam nunc esse existima
non .i. loquitur quesi cum sit quem mittebat
omnia loquitur et ideo mathias [illegible]
patrius est propheta dicente Ecce ego
mitto angelum meum ante faciem
angeli est nomen proprium dicente Tertio
dico quod in docente debet esse benignitas
et bonitas ex qua bonitate motus velit
docere parere enim est docenti scire
nisi ex bonitate que est sui diffu
siva velit sciam diffundere et hec
bonitas notatur in doctore meo
cum dicitur erat Johes Johes .i. in quo
est gratia in quo est gratia et bonitas Quarto
dico quod doctrina debet esse utilis et hec
notatur cum dicitur Hic venit utilis
.i. est doctrina que ordinatur ad testi

ficandum de saluatore Vnde notandum est
quod evangelista ibi testimonio tamen tangit
primo .i. tangit testimonii necessitatem
cum dicitur hic venit in testimonium quia humana
infirmitas testimonio indi
gebat Et ideo hic venit in testimonium
Beda enim quod testificabatur de se testimonio
non indigebat quia hic vero lumine erat
lumine autem non solum manifestum est
de se sed et ad manifestandum alia Secundo
tangit evangelista testimonii veritatem
cum dicitur ut testimonium perhiberet de lumine
ut enim dominum lumen est ad manifesta
dum se et alia Bartholomeus autem manifestandum
se et alia ibi est quod veritas penitentiam
Certum est autem quod veritate participare
nulla potest esse falsitas licet enim vim pro
participandi possit fieri falsum quia verum
participat veritatem inde veritas per
ceptio nulla potest recipere falsitatem sicut
lumine quo nulla potest esse falsitas ut in quo
evangelista testimonii magnam utilitatem
cum dixit ut omnes crederent per illum uti
le .i. testimonium est quod ordinatur ad
inducendum fidem in cordibus hominum
per quam fidem membra capiti incorporantur
Et non quod notabiliter dixit ut omnes
crederent per illum Et non dixit debes cre
dere in illum quia solum esse deum [illegible]
lectes quem confidit in homine Vnde
est glossa ubi dicitur Fuit homo missus
a deo cui nomen erat iohes posset
.i. bonum thema in festo johannis ubi
primo commendatur beatus Johes a dignitatis
affluentia cum dicitur homo Homo .i. secundum
philosophorum diffinitionem est animal mansuetum
quod in signum signi non dedit natura homini
magis cornua sicut tauris et thauris
nec magnos dentes sicut apris nec
venenum sicut serpentibus ut dicit
hic nichil nocere ut dicit ut quod homo est
conditionibus nobilior quia homo est dignissima
creaturarum et sanctus dignissimus sanctus
Vnde inter natos mulierum non surrexit
maior iohanne baptista Secundo homo est respectu

aliorum animalium cognicionis limpidi
oris Vnde patet et Johannes clarissime
et limpidissime xpistum cognouit
pre aliis cognitorum quia plus quam propha
Tercio homo respectu aliorum animalium
est pulcritudinis venustioris. De pul
critudine Johannis et sanctitate eius
satis patet. Tercio ex vtero matris sue fuit
repletus spiritu sancto. Quarto commendatur
beatus Johannes ab auctoritate eminen
cia quia dicitur missus a deo. De eo enim
dictum est in malachia Ecce ego mitto
angelum meum Angeli enim officium
est illuminare purgare perficere. Sic et
beatus Johannes illuminauit mentes hominum
erudiendo videlicet purgauit affectus
reprehensione auctoritate perficit effectus
id est profectus esse docuit exemplorum ostensione
mirifica. Tercio commendatur beatus Johannes
a famositate eiusdem, vnde dicitur cui
nomen. De pe. in inscripcione nominis
perfama ponitur. Quarto commendatur a
sanctitatis habundancia vnde dicitur Jo. quod
per nominis interpretacionem designatur satis
dictum est. Deinde cum dicitur Non erat
ille lux postquam dixit ewangelista de
vocis missione que vox fuit Jo.
Jn parte ista dicit de noticie verbo distinc
cionem duas. Et hic Johannes fuit missus
non erat lux id est non erat ipsum verbum
quod erat lux sed venit ut testimonium
perhiberet de lumine quasi dicat Johannes non
erat sed testificabatur de verbo. Notandum
est quod secundum Crisostomum Hylarium et alios introducitur hic
ad obuiandum fallacie propter suspicionem que
posset oriri ex dictis apud nos in
ille qui testatur maior esse videtur
illo cuius testimonium perhibet et digni
or fide. Verum tamen hic possit videri quoniam
quod Johannes esset dignior xpisto cum te
stimonium perhibet. Hanc suspicionem
remouens ewangelista dixit de Johanne
Non erat ille lux quasi dicat Johannes
non reddidit testimonium verbo quia maior
sed quia notior vox enim oris testi
monium reddit de verbo mentis. Ex hoc
tamen non sequitur quod sit dignior sed quod sit
nobis notior. Queritur aliquis vtrum
Johannes posset dici in suo modo lux. Dicendum
videlicet Theophilus quod Johannes et quilibet
alius sanctus potest dici lux sine ar
ticulo. Solus autem deus dicitur lux cum
articulo possumus tamen dicere manife
stius quod solus deus dicitur lux per es
senciam Johannes autem et ceteri dicuntur
participatiue lucidi vel luminosi quoniam
dicitur lux. Secundo enim dico lucem dico
ipsam formaliter participatam
Et non quod sicut in illis inferioribus
corpus irradiatum et illuminatum
aliquando est nobis notius quam ipsa
lux ipsa propter debilitatem visus nostri
ita Johannes irradiatus et illuminatus
fuit nobis notior verbo et ideo propter
deuenimus in verbum vnde Augustinus super
Johannem plerumque sit ut in articula
to corpore radiato cognoscatur ortus
esse sol quem oculis videre non possimus
quia qui sauciatis habent oculos
ydonei sunt videre parietem illu
minatum et non ipsum solem. Sic
omnes ad quos veneat xpistus minus
ydonei erant eum videre radiantem
Johannem conspiciunt confitentem se illu
minatum cognitum est ille qui illuminat.
Quarto queritur ad quid debuit quod dictum est
Vt testimonium perhiberet de lumine lucem
enim est res manifesta de se quia non
indiget testimonio Johannis propria
verba et miracula xpisti sufficienter
reddebant sibi testimonium. Dicendum
est quod turbis manifestum est. Ostendit quod testi
monium prophetarum et Johannis debuit
preire xpistum pro vno quidem propter testium
nobilitatem videmus quod deus pos
set immediate omnia producere
tamen multa producit per mediatas
causas ut nobiliter sic ageret a
quibus dedit virtutes agendi et quibus

reluceret prima causalitas. Sic et si deus posset immediate illuminare omnes homines et eos ducere in cognitionem suam, tamen decuit ut nobilitaret aliquos homines ita quod per eos tamquam per medios infimi homines reducerentur ad suprema. Secundo quia lumen testem habuit Iohannem et prophetas ad ostendendam nostram infirmitatem qui per lucernam querimus lumen. Unde Augustinus super Iohannem omelia ii. Tam infirmi sumus ut per lucernam queramus diem, quia lucerna dicitur et ipse Iohannes domino dicente Ille erat lucerna ardens et lucens. Tertio manifestari debuit lumen per Iohannem et prophetas propter testium multiplicitatem. Homines enim sunt diverse conditionis et diversimode dispositi ut ad cognitionem veritatis perducantur. Quidam namque magis ad cognitionem veritatis perducuntur per signa et miracula, quidam vero magis per sapientiam. Unde iudei signa querunt, greci autem sapientiam. Unde deus omnibus condescendere volens non solum per miracula sed per sapientiam prophetarum manifestari voluit etc.

Erat lux vera. Postquam evangelista distinxit inter vocem et verbum hic ponit ipsius verbi conditionem et gradum. Et quia facit quod primo ponit ipsius verbi gradum. Secundo ponit ipsius verbi adventum ibi: In propria venit. Tertio ponit ipsius advenientis defectum ibi: Et sui eum non receperunt. Quarto ponit advenientis fructum ibi: Quotquot autem. Quinto ponit adveniendi modum ibi: Et verbum caro factum est. Primo ergo ponit verbi gradum. Circa primum facit sic quod ponit triplicem gradum in verbo. Primus gradus est quod ipsum verbum est lux essentialis. Secundus gradus eius est quia ipsum est lux universalis. Tertius gradus eius est quia ipsum est lux causalis. Quantum ad primum gradum dicit evangelista: Erat lux vera, et veritas hic sonat in essentialitatem. Ad cuius evidentiam notandum est quod essentiale accipitur duobus modis. Uno enim modo essentiale dicitur contra accidentale, ita quod per essentiam tale id est per non accidens tale. Secundo essentiale dicitur contra participatum, et dicitur hoc essentialiter tale quod est per se tale non participative tale, et secundum hunc modum ens per essentiam dicitur contra ens participatum. Hoc secundo modo sumitur hic cum dicitur Erat lux vera, quasi dicat: ibi erat lux per essentiam et non participative. Notandum est quod in Christo fuit lux nec quantum ad divinitatem, et hec lux dicitur vera quia nulli permixta passibilitati. Omnis enim creatura quantum habet de ratione plus potentie recedit a luce et tanto accedit ad tenebras. Quare tenebras voco non esse vel defectum. Deus autem quia excludit omnem rationem potentie excludit omnem rationem tenebre, ideo dicitur lux vera. Unde i Jo. primo: Deus lux est et tenebre non sunt ulle. Secundo in Christo fuit lux gratie quantum ad humanitatem, et in eo fuit lux vera quia in eo fuit lux nulla permixta iniquitate. De hac luce ipse salvator dicit in luce: Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. Quantum ad secundum gradum lucis dicit evangelista: Que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quasi dicat: hec lux non solum est essentialis sed etiam universalis, quia sufficit ad illuminandum omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad cuius autem talis evidentiam primo est notandum quod hec lux eo ipso quod est essentialis est universalis. Cuius ratio est quia ens per essentiam universaliter aspicit omne ens participatum. Est enim essentialis ordo entis participati et entis per essentiam, quia omne ens participatum dicitur ab ente per essentiam. Sicut autem ens per essentiam eo ipso quod per essentiam

tale habet vniuersalem respectum
aspectum ita lux peculiariter sed vlem
aspectum ad omnem lucem participantem
Verum quomodo est hec lux corporalis
et ecclesiasticalis et vniuersalis. Secundo non dicitur
est quod cum dicitur quod hec lux illuminat
omnem hominem potest intelligi de
luce naturali et tunc ipso patebit est
de se quia omnis homo habet lucem
naturalem sed illud signatum est super
nos lumen vultus tui domine / que quidem lux
dicitur a philosopho luce vnde Theo. Vnde
nobis conditus ac nobis dirigens qui
naturalis ratio nominatur / dicitur lux condita
nobis a deo / sed quidam ratione non vte-
tes seipsos obscurant. Alio modo
hec lux que illuminat omnem hominem
potest intelligi lux gratie quam Christus in
mundum attulit / et tamen hoc intellectum
ipso videtur habere dubium quia omnis
homo hanc lucem non accipit. Ad
hoc tamen dicendum est / quod hec lux quantum
est de se omnem hominem illuminat
sed quod non illuminentur aliqui hoc est ex
malicia eorum Vnde Crisostomus illuminat
vero omnem hominem quantum ad eum
pertinet. Si aut quidam mentis
oculos claudentes huius lucis
radios recipere nolunt non
aliunde obtenebrato sunt illis
sed a malicia eorum voluntarie priuant
seipsos donis gratie. Alio modo potest
dici cum dicitur illuminat omnem hominem
sit distributio accomodi ut sit sensus
illuminat omnem hominem non quia
nullus est homo qui non illuminetur
sed quia nullus nisi ab ipso illuminatur
et hec est expositio Augustini. Tercio no-
tandum est quod cum dicitur venientem in
hunc mundum duobus potest accipi du-
obus modis vno modo prout in
mundum venerunt homines non quia
prius fuerunt esse (?) ergo venerint
in hunc mundum quia dicere est
contra sententiam apostoli ad Ro. ix. Cum
enim non dum nati essent aut
aliquid egissent boni vel ma-
li sed dicitur venire in hunc mundum
propter intellectum que accipiunt ab ex-
trinseco. Et propterea hic in modo accipiendi
mundum hec est expositio de luce naturali
Et secundum sensus quod nullus homo accipit lucem
veniendo in hunc mundum nisi a luce
prima. Alio modo accipitur modo ut sit
liceat loqui primo modo gratie siue
primo modo morali. Et tunc expositio
hec est de luce continua ut est
sensus Erat lux vera que lux gratie
illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum vtrumque
vero virgi (?) non dicitur que de
occulto seminum causis in species
corporeas prodeunt / deinde intelli-
gitur quod illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum secundum delictum (?)
qui spiritualiter per generationem gratie
que datur in baptismate in mundum
veniunt inuisibilem / eos itaque
vera lux illuminat que in mundo
uirtutum. Quantum ad secundum quod
lucis sed que dicebatur quod hec lux
erat lux talis dicitur in littera. Quod
in mundo erat et mundus per
ipsum factus est. Quasi dicit hec lux est
talis quod per ipsum factus est mundus
et quia per ipsum sine per ipsum vbi (?)
Quod est lux factus est mundus ideo est
in mundo sicut causa in effectu /
Vnde notandum est quod secundum Augustinum super Iohannem
omnino [illegible] aliter se habet deus ad suum
effectum et aliter se habet faber certum
ad suam fabricam / Quoniam cum fab-
ricat archam extrinsecus adest quod
fabricat / Deus autem infusus
mundo fabricat ubi positus et non
recedit ab aliquo sed vbique presentia

maiestat Notandum est q[uod] s[ecundu]m Ori
genem sicut vox una e[st] effusa ubi
ita tota e[st] effusa ubi dimi
nuta sicut diffinite uno modo intell[igi]b[ilis]
deficit vox sensibilis ita si deficeret
unus ubi in aliis deficeret tota
Unde Origenes ut cum qui
loquitur cessat vox eius et desi
nit et evanescit. sic celestis pr[opter]
si libium suum loqui cessavit
effusus ubi h[oc] est universitas a vo
condita non subsisteret Notandum aut[em]
ad 4m quoddam lucis q[uod] que dice
batur q[uod] ista lux erat lux in comp[re]
hensibilis Sequitur in textu
Et mundus eum non cognovit
q[uia] d[icit] ewang[elium] hec lux talis sive
librum q[uod] lux erat in mundo. Nam
mundus h[oc] est librum. vel hanc lucem
non cognovit i[d est] non comprehendit Est
enim diligenter advertendum q[uod] alia
est intelligere comprehendere et apprehendere Com
prehendere vero est undique apprehendere
quasi res cum cognoscitur quantum
cognoscitur. Et licet ergo deus esset
in mundo non tamen comprehendebatur
q[uia] per effectus non poterat comprehendi
tota ea que deus est apprehendere
vero est qui cognoscitur res s[ecundu]m ex
igentiam et capacitatem cognoscentis
et hoc modo deus potest apprehendi
per effectus s[ecundu]m que modum phi deuene
runt in eam p[ri]mam Notandum est
q[uod] sicut in luce sensibili si debeat videri
requiritur lux efficacia ut possit
moveri oculum et lucis proportio eodem
modo si lux intelligibilis debet videri
requiritur lux efficacia et hoc modo
tangit ewangelista cum dicit Erat lux
vera requiritur etiam lucis proportia et
hanc tangit ewang[elista] cum dicit In
mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus
hanc lucem non cognovit Secundo
autem non cognovit h[oc] est non est exp[er]ta

lucis quia lux est efficax ad mo
vendum Est enim potens quia relucet
in omnibus effectibus diffusus est ex parte
una Notandum est q[uod] s[ecundu]m Aug[ustinum] super
omelia i[n] cum dicit mundus eum non cognovit
per mundum intelligitur amatores mundi
et tunc sensus est s[ecundu]m eundem Aug[ustinum] q[uod] omnis
creatura cognovit per amatores
mundi Cognovit eum stella quia
testimonium de celo dedit Cognovit
mare portando venti quiescendo
terra tremendo amatores autem mundi
qui dicit mundus q[uia] per affectum inhitant
mundum non cognoverunt q[uia] autem isti
per affectum inhitent patet enim eum non
diligunt mundum carne lassantur
in mundo sed corde inhitent
celum sicut dicit Apostolus Nostra
conversacio in celis est qui autem amant
mundum carne et corde lesantur in
mundo etc.
In propria venit etc. propter ewang[elista]
posuit ubi quomodo in ista parte descri
bitur adventum domini In propria venit
Sed quid Crisostomo In propria venit
qui ubique erat dicendum q[uod] videndum q[uod] hic
adventus designat divinam benig
nitatem non enim venit per novum locum
ita q[uod] veniret ad locum ubi prius
non fuerat s[ed] venit per novum effectum
s[ecundu]m prioris assumptionem Unde Crisostomo
venit quia eam que ad nos est
condescensionem operatus est in mundo enim
existens non putatur adesse eo
q[uod] non dum cognoscitur dignatus est
induere carnem manifestacionem hanc
condescensionem notat hic ewangelista
propriam Et eo venit in propria propriam
autem sicut notavi omnis creatura
que dei est per creationem et tunc sensus venit
in propria i[d est] in ea que sua erant vel
venit in propria i[d est] in iudeam q[uod] quo ad
specialem modum sua erat propter hanc Unde Vinea
domini exercituum domus israel est et ipsum modo
Notus in iudea deus etc. Deum

cum dicit Et sui non acceperunt
eum Postquam posuit ubi adventum
hic ponit ubi despectum dicens Et
sui eum non acceperunt Dicuntur autem
sui omnes homines quia ab eo for
mati primo Creatione quia deus ipse est
deus ipse fecit nos et non ipsi nos
quia ad eius ymaginem insigniti
Gen Inspiravit hominem ad yma
ginem et similitudinem etc Vel sui
dicuntur Iudei quos elegit deus
in populum peculiarem qui non receperunt
xpm per fidem credendo et honorando
iuxta illud Ego enim veni in nomine patris
mei et non accepistis me Deinde cum
dicit Quotquot autem Postquam posuit ubi
adventum et ubi despectum hic in parte
ista ponit eiusdem adventus fructum
Est autem hic fructus quia per adventum
ubi filii hominum fiunt filii dei Duo
autem facit quia primo ponit huius filiationis
gradum Secundo ponit eiusdem filiationis causam et
modum ibi Qui non ex sanguinibus etc Primum
ad primum continet ista litera Ita dictum est
quod sui eum non receperunt Si autem
omnino nullus eum reciperet nullus autem
salvus fieret quia nullus fit salvus
nisi xpm recipiat Quotquot eum
receperunt dedit eis potestatem filios
dei fieri hiis qui credunt in nomine
eius Notandum est quod ewangelista exhortatur quod
Quotquot Duo notat primo notat exceptionem
dei adoptantis communitatem idcirco quia non
est personarum acceptor apud deum
vin Quotquot sive sint servi
sive liberi sive greci sive barbari
sive insipientes sive sapientes sive
mulieres sive viri sive pueri sive
senes omnes eodem honore digni sunt
Secundo notat exceptionem dei per solicitudinem superef
fluentem hominum etc Amplior
enim fuit solo quam promissio per
missio enim fuit facta solum iudeis
sed solo non solum fuit facta eis

sed quotquot eum receperunt Notandum
est secundo quod ewangelista dicit dedit eis potestatem
filios dei fieri Per potestatem intelligit
aptitudinem ad opus perfectionis
vel per potestatem intelligit possibi
litatem consequendi eternam remu
nerationem Dico primo quod per potestatem
intelligit aptitudinem vel dispo
sitionem ad opus perfectionis et tunc
est sensus literalis dedit eis potestatem
id est graciam per quam possunt perfecte
operari perfecte autem operando fiunt
filii dei Matthei quinto Diligite inimicos
vestros ut sitis filii patris vestri qui
est in celis Secundo dico quod forte per
potestatem intelligit possibilitatem
consequendi eternam remunerationem
et tunc est sensus literalis Quotquot receperunt
eum dedit potestatem possibilitatem et
certam consequendi eternam hereditatem qui
sunt vere filii dei de filiatione ad
Romanos viii adoptionem filiorum dei ex
pectantes Notandum est quod deus dedit
potestatem filios dei fieri declaratur ex parte
xpi magna benivolencia Secundo declaratur
ex parte nostra desiderabilis magnificencia
Primo dico quod declaratur ex parte xpi ma
gna benivolencia Unde Augustinus super Iohannem
omelia ii Magna benivolencia magna
unus unicus natus est et unus esse
noluit Non timuit habere
coheredes quia eius hereditas non fit
angusta si multi eam possiderint
Secundo declaratur ex parte nostra desiderabilis
magnificencia Magnificum enim est esse
filium dei Romanos viii Si enim filii et heredes
heredes quidem dei coheredes autem
xpi scilicet ex quo scimus quod deus est hereditas
nostra unde illud Dominus pars hereditatis
mee et calicis mei etc Nos etiam
sumus hereditas xpi unde illud Postula
a me et dabo tibi gentes hereditatem etc
Nos ergo hereditas quam ipse nos
possidet sit deus Et ipse hereditas

ut ipsum possideamus ut lucem et vitam
eternam. Respondetur quod ipsum ewangelista dicit
his qui credunt in nomine eius hoc
patet ex exposicione precedentium. Et tunc
est sensus quotquot receperunt eum dedit
eis potestatem. Recipere autem est credere
quia per fidem christus habitat in cordibus
nostris. Ad ephesios iii. Habitare christum per fidem
in illis receperunt qui crediderunt
et patet ex illud verbum precedentium de-
terminatum ut referatur ad fidem formatam
et tunc est sensus quod recipientibus dedit
dedit e. p. f. d. fieri his qui scilicet non
solum sunt recipientes per fidem informem
sed qui credunt in nomine eius
per fidem formatam ei adherendo. Se-
cundo queritur utrum sit verum quod dedit
eis potestatem filios dei fieri vel quod non. Quia
ut dictum est dando graciam dedit
potestatem istam sed qui habet graciam
est filius. Ergo debuit dicere dedit
illis filios dei esse et non potestatem
filios dei fieri. Ad oppositum est textus ewangelii.
Ad hanc questionem dicendum est quod duplici
via veniri possumus quod ewangelista
verissime dixit dicendo dedit e. p. f.
dei fieri. Ad evidenciam prime vie notandum
est quod in dando gratiam in adulto re-
quiritur consensus liberi arbitrii ita quod
in potestate eius est ut consenciat vel
per hanc potestatem dicit ewangelista
dedit eis potestatem scilicet suscipiendi
graciam et hanc graciam proponendo
preparando ut sicut quando sunt libri
proponuntur alicui ad legendum dicitur dare
potestatem legendi illi cui proponuntur
ita deus proponendo graciam et preparando
alicui dicitur dare potestatem illi.
Alio modo deus dicitur dare potestatem susci-
piendi graciam per modum monentis dat
eis hanc potestatem excitando
et movendo liberum arbitrium ut
suscipiat graciam vel dicitur cadere
virtus. Tercius non est per instigando
voluntatem ad consenciendum gracie. Hos
et iustificat per graciam infundendo.

Alia via ad hoc ostendendum est quod
filiacio est quedam assimilacio. Gracia
autem habitualis assimilat habitualiter
sed quia gracia in opere sive perfecta est
assimilacio. Gracia autem consummata
perfectissime assimilat. Cum hoc ergo dicendum
est quod ewangelista loquitur de perfecta
assimilacione vel filiacione que est
in opere vel in gracia consummata et tunc
sensus literalis est in recipientibus dando
graciam dedit graciam dando potestatem
per quam possent consequi perfectam fili-
acionem vel in opere vel in gracia.
Deinde cum dicitur qui non ex sanguinibus
ponit ipsius filiacionis causam
et modum. Ubi advertendum est quod nativi-
tas est causa filiacionis. Sicut ergo duplex
nativitas scilicet carnalis et spiritualis ita est
duplex filiacio. Unde nativitatem et filia-
cionem dat intelligere ewangelista in illa que
ita continuatur. Ita dictum est quod dedit eis
p. f. d. fieri qui filii non sunt nati ex
sanguinibus scilicet maris et femine neque sunt
nati ex voluntate carnis id est mulieris
neque ex voluntate viri sed nati sunt ex deo
et inde nativitas eorum est spiritualis.
Respondetur primo quod ewangelista dixit ex sangui-
nibus in plurali licet secundum gramaticos non
habeat pluralem. Dixit autem in plurali ex
duplici causa secundum Augustinum super Io. omelia ii. Primo
quia ex sanguinis in greco pluraliter ponitur
et ideo interpretator voluit salvare
interpretacionem hoc autem non sufficeret nisi
ostenderet quare voluit salvare et ideo
secunda causa secundum eum voluit ut
magis exprimeret veritatem quia veritas est
ad generacionem filii carnalis non solum concurrit
sanguis viri tantum neque mulieris tantum sed
concurrit sanguis utriusque et ideo dixit
sanguines vel sanguinia dicens ex san-
guinibus. Verumtamen sanguis non
est latinum sed grece positum et pluraliter
voluit ille qui interpretabatur sic ponere
et quam minus latine loqui secundum gramaticos

et tamen explicare veritatem per auditum nescit
morum. Cum enim diceret sanguinem in singulari
numero non explicaret quod volebat / ex
sanguinibus. ubi mar. et femine ho
mines nascuntur. contrarium ergo non tanquam
animus ferulas concinnat / dicitur tamen advel
tatem soliditatem et ratione (?) puerili anime
Secundo quod sit dominus et rex ex volun
tate carnis. ubi caro ponitur pro muliere secundum
Augustinum ubi supra / caro quoque quia ab ipso
adam est hoc munere os ex ossibus meis
et caro de carne mea. Alia ratio potest esse
quia sicut mulier debet obedire viro ita
caro spiritui secundum Augustinum. Hec et quidem caro
regitur ille vero spiritus regere debet. Mala ubi
caro imperat et spiritus servit perversa domus
est. Quid peius domo ubi femina
habet imperium super virum. Secundo est tertio
quod ewangelista dixit neque ex voluntate carnis
neque ex voluntate viri / tamen vero est quod ad actum
generationis concurrit voluntas quinistetiam
se sine concurrit concupiscentia quam forte
appellat hic ewangelista voluntatem / de ista ratione
dicitur. Et verbum caro factum est. Postquam posuit
ewangelista ubi adventus hic post adventus
mediator modo Verbum caro factum est et primo decla
rat novissimam unionem. 2o declarat
secundum ubi benignissimam condescensionem
3o declarat possibilitatem adoptive fili
ationis / 4o declarat congruitatem nostre
reparationis. Ubi notandum est quod verbum vel
per novam unionem quod notat ewangelista
hypostaticam / 2o venit per gloriosam operationem
quam notat ewangelista Et vidimus gloriam eius
3o per gloriosam consummationem quam notat ewangelista
ibi plenum gratie et veritatis. Primo ergo notat
novam unionem cum dicit Verbum caro
Ad cuius evidentiam notandum est quod ista clausula
Verbum caro factum est nobis primo declarat
novissimam unionem quia verbum unitum est
carni et tunc hec clausula gratia ad precedentem
dictam est cum quod unum vel convertit ab
statu quo venit ad aliquid. Videtur ewangelista
quod verbum venit non per novum locum / sed per
novum effectum / quia verbum caro factum est
id est unitum carni. Et verbum per carnis assumptionem

Ubi non secundum Augustinum quod verbum in cordibus
assimilatur verbo mentali vox autem ex
mens id est verbum assimilatur carni. Dicit ergo
verbum nostrum quodammodo fit vox corporis
assumendo eam in qua manifeste sensibus
hominum. Dicit verbum dei caro factum est
assumendo eam in qua et ipsum manifesta
retur sensibus hominum. Et verbum nostrum
quod fit vox non mutatur in vocem ita
verbum dei caro quidem factum est / sed absit
ut mutaretur in carnem. Secundo dico quod hec
clausula Et verbum caro factum est declarat ipsius
verbi benignissimam condescensionem. Ar
guunt enim quidam heretici Dicit verbum
caro factum est ergo verbum assumpsit carnem
et non assumpsit animam quia nulla mentio
fit de anima. Contra quos dicendum est quod verbum
assumpsit et carnem et animam secundum theophilum.
Dicit Augustinus non assumpsit anime nostre non fuit
curata. Quia id est non assumptum non curavit.
Et de moribus dicit. Quod inassumptibile
est incurabile et quia me totum curavit
me totum assumpsit. Quod autem fecit mentionem
de carne et non de anima ratio est
ut ostenderet maiorem suam condescen
sionem assimuletur secundum theologum. Ewangelista
volens ostendere inenarrabilem dei condescensionem
descensionem carnem commemorat ut ad
unitatem illius nature qui propter nostram
salutem quod omnis remotum est et distans
ab eius natura carnem assumpsit. Ani
mam quod habet aliquam propinquitatem ad deum
3o dico quod hec clausula Et verbum caro factum
est declarat possibilitatem adoptive filia
tionis / dicitur enim id est in precedentibus quod
deus dedit nobis potestatem filios dei fi
eri. Audientes autem statum dixerit / quomodo possi
bile est quod nos simus filii dei. Hic dicit
videtur ewangelista non est impossibile quod filius
dei fiat filius hominis quia verbum caro
factum est / ergo multo magis est impossibile
quod filius hominis fiat filius dei / secundum
Augustinum quod mirandum quod homines ex deo
nascuntur. Attende ipsum deum ex hominibus
natum. Et Crisostomus filius est proprius filius

dei filius hominis ut filios hominum
faceret filios dei. Circa 3 tractatum Et verbum
caro factum est declarat conformitatem nostre
reparationis ut sicut per carnem homo per-
cautus erat consentiendo carni, ita per carnem
homo sanaretur. Unde Augustinus super Johannem omelia
2a Caro te obcecaverat caro te sa-
nat, carnalibus enim anima facta erat consenti-
endo carnalibus affectionibus et unde fuerat
oculus cordis cecatus inde fecit ce-
lestis medicus collirium quia sic venit
ut de carne vicia carnis extingueret.
Unde est quod Christo quod dicitur Et verbum caro
factum est et habitavit in nobis. Possumus
hic quod in Christo fuit unitas in persona
et tamen dualitas in natura; unitas in persona
notatur cum dicitur verbum caro factum est. Ubi sciendum
est quod verbum factum est homo per unionem
in persona. [illegible] caro et homo Unde
Augustinus [illegible] in eo [illegible]
est verbum caro factum est, [illegible] ibi [illegible]
natura est intelligitur carnem et hominem
[illegible] figurate locutionis
[illegible] verbum caro [illegible]
dualitas autem nature notatur cum
dicitur Et habitavit in nobis, ut sit sensus
habitavit in nobis id est habitavit inhabitavit
in humanitate. Ita [illegible] habitat
non idem est cum habitaculo, sed aliud et a-
liud aut [illegible] naturam unione
vero [illegible] unum [illegible]
Christo sunt due nature cum una persona. Unde
est quod ex isto verbo habitavit in nobis [illegible]
tas fuit habitaculum dei [illegible] quedam
Nestorius occasionem sui erroris dixit enim
quod deus non sit unitus homini quod dei et hominis
fieret una persona, sed sola unione [illegible] per
inhabitationem dei in ipso Christo homine, que
inhabitatio [illegible] huius Nestorii ma-
nifeste est [illegible] Dixit enim
[illegible] de filio dei Exinani-
vit semetipsum formam servi accipiens
exinanitionem vocat unionem. Certum
est autem quod per solam inhabitationem [illegible]
non potest dici filius dei exinanivit,
alioquin [illegible] habitent in

[illegible] possent dici exinaniti
[illegible] quod in Christo fuit una persona
et due nature, per dualitatem est ibi distinctio
[illegible] quia ponit [illegible] refert ad
naturam et habitavit. Unde [illegible] ubi est
[illegible] immutabilitatis dei.
Augustinus sic ubi [illegible] sit [illegible]
[illegible] ita ubi dicitur sit caro [illegible]
in carnem. De qua [illegible] 24 Ego in al-
tissimis habito [illegible] in carne [illegible]
[illegible] de altitudine [illegible] nature et
thronus meus in columpna nubis [illegible]
titudine [illegible] nature [illegible]
benignitas [illegible] Ergo ne putandum
est quod non deus [illegible]
[illegible] magnitudinem [illegible]
3o et augusta nostre [illegible]
[illegible] dei cum hominibus habita-
bit cum illis. Unde est quod [illegible] ubi dicitur habitavit
in nobis ut [illegible] ad Christum [illegible]
[illegible] ita ubi dicitur caro factum est quod [illegible] apostolos
[illegible] in omni tempore quo intravit
et exivit [illegible] ubi dicitur caro factum est
[illegible] thema de nativitate domini
ubi primo declaratur assumentis dignitas [illegible]
[illegible] declaratur eiusdem assumptionis
modus et [illegible] factum est caro, sive sit
[illegible] declaratur assumentis magnificentia [illegible]
[illegible] declaratur nature assumpte fragi-
[illegible] caro, 3o [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] altissimum [illegible] caro [illegible]
[illegible] humilis [illegible] ubi est
[illegible] caro [illegible]
[illegible] et sit [illegible] 3o [illegible] est
[illegible] caro [illegible]
quodammodo sit [illegible]
[illegible] factum est caro. Unde est quod
[illegible] sub velamine carnis [illegible]
[illegible] apparentia [illegible]
[illegible] que [illegible] sub [illegible]
per localem [illegible] quod dicto
factum aliquam [illegible] quod est
ostensivum veritatis [illegible] ad [illegible] factum
est [illegible] carnem ubi [illegible] quod veritas [illegible]



sint ita carnem aliqui specificatur
paliud q3 ostensum hmani .. gall
strum sub iustic sequi sub lege aliqui
specifica pa q3 ostensum nre
utilitatis ad cor et in fruib3 nob
a deo sapia iusticia 7 scificatio rel
nob .i. ad utilitatem nram. ¶ Deinde
cu dr Et vidimus glaz eius. p q1m
ostendit q ubi venit p nouam
unionem / hic ondit q venit per
glosam opacoum Et tunc 3 sic lre
ita venit ubum q carnu vnitud
in quo adventu vidimus glaz eius
.i. vidimus opa 7 documenta glam
eius designancia / Ut aut videat
melius hr tra Nond3 q hec tra
Et vidimus glam eius pmo declat
in ubo singlarem opacoum Scdo de
clarat ita ipum ubum puiam
attestacoum / 3o declat ewangelicaz
reuelacoum / 4o declat in xpo nalez
filiacoum / Pmo declat in ubo sin
gularem opacoum 7 tunc 3 sic lre
sicut dixi3 q vidimus glaz eius
.i. opacoum vidimus opa durgentia
eius glam q3 declabat ipum ee
deum 7 hr 3 q dr ewangelium vidimus
glam eius quam vnigeniti .i. vi
dimus opa que no poit ee hois
s3 vnigeniti filii dei lz eni alii
sci fecerunt opa mirabilia tn
in virtute altius / hr at vnigenitus
d virtute ppa hat expo3 sequens
Crisostomus dr sic o mia ggregans ewan
mirabilia mirabilia q in corpore que
in aiabus q in celis p cepta dicta
ineffabilia leges urbaniter suasi
onem futuras pmissiones 7 passi
ones eius mirabiles hat nocez eni
sit quis vidimus glam eius / Scdo
hr tra vidimus glam eius declat
ita ipum ubum puiaz attestacoum
Scquia puia attestacoe dicit e
Hic 3 filius meus d. in quo m. qpla
cui no q corpus 3 pfecto ubi ubi terris

adoptand Et tu dr vidimus glaz eius
.i. glosam opacoum 7 3o vo adiu
dicitur Cum ergo venisset. ostenditur quomodo galilei
se habuerunt ad christum in recipiendo eum
unde dicitur Cum ergo venisset in galileam ex-
ceperunt eum galilei potius moti curiosi-
tate miraculorum quam devotione. vel
credulitate. Exceperunt enim eum cum
omnia vidissent que fecerat iherosolimis
in die festo. Ipsi enim venerunt ad diem
festum. et ibi sunt viderunt miracula opera
Notandum est quod per mandatum erat in lege
quod ter in anno ascenderent ierusalem ad
diem festum. hii ergo ascenderunt et
similiter viderunt. que christus ibi peregit
ut crederent aliquibus que fuerunt illa
miracula que viderunt. cum non legatur
christum aliquod miraculum fecisse in urbe. ad
hoc respondet origenes. quod dominus in urbe eiecit
de templo ementes et vendentes o-
ves et boves. et hoc tam grande reputabatur
in hiis moti galilei receperunt dominum mi-
rantes maiestatem eius. non enim minor
potentia eius ostenditur in hiis quam ut
terra videatur. et surdi audiant. Deinde
cum dicitur. venit iterum. Postquam facta
est mencio de loco in generali. hic fit
mencio de loco in speciali. quia venit iterum
in chana galilee. ubi fecerat aquam in
vinum. Ac si dicatur. christus bis venit
in chana galilee. primo quando venit
ad nuptias invitatus quando fecit de

aqua vinum. Secundo autem venit non in-
vitatus. quando sanavit filium reg-
uli. Signatur autem hic duplex
adventus christi. duplicem eius effectum
innuente. in primo effectu venit
letificat. et hoc signatur in mutatione
vini quod letificat cor hominis. ut dicitur
in psalmo. In secundo effectu venit
sanat. psalmus. misit verbum suum et
sanavit eos. et hoc signatur in cura
infirmi. Signatur etiam hic duplex
adventus christi. duplicem eius adventum
in mundum. In primo adventu venit
ad letificandum. unde angelus veniens
ad pastores ait Annuntio vobis
gaudium magnum etc. et hoc significatur
per vinum. In secundo veniet tollere inf-
irmitatem. et penalitatem nostram et
configurare nos corpori claritatis
sue. et hoc signatur in cura infirmi
Deinde cum dicitur Erat autem quidam
regulus. postquam dictum est
quomodo christus exhibuit suam presentiam hic
ostenditur quomodo per quoddam miraculum ma-
nifestat suam potentiam. Et primo
quomodo ipsum miraculum petitur. secundo expo-
nitur fructus miraculi. ibi. Et credidit
ipse. Prima pars in quatuor. quia primo miraculum
petitur. secundo miraculum conceditur. ibi.
Dicit ei ihesus. vade filius tuus vi-
vit etc. tertio miraculum publicatur. ibi
Iam autem eo descendente. quarto
miraculum examinatur. ibi. Interrogabat ga-
bat ergo horam. Prima in qua miraculum petitur
in duas. quia primo ponitur petendi
occasio. secundo petentis reprehensio. ibi.
Dixit ergo ihesus ad eum. Occasio pete-
ti miraculum fuit duplex. prima quia
filius reguli infirmabatur. secunda
quia christus descendit in galileam
de qua ibi. Hic cum audisset. Dicitur
ad primam occasionem dicitur in littera Erat
quidam regulus cuius filius infirma-
batur in capharnaum. Et dicitur. quia
hic vocatur est regulus. Dominum

Sed quare dictus regulus. secundum Crisostomum. vel
quia fuit de genere regali generi regu-
li. vel quia aliquam dignitatem
habuit. vel quia sic notabatur
unde Crisostomus. Regulus autem dicitur. aut
dignitatem aliquam principatus
habens. aut quia sic notabatur
Secundo queritur aliquis utrum hic re-
gulus fuit ille centurio. de quo
dicitur Mathei viij°. Dicendum quod secundum Crisostomum
non. quod patet quantum ad modum
petendi. nam ille centurio Christum
quod volentem ire ad domum suam
rogabat manere dicens. Domine
non sum dignus. hic autem regulus
Christum rogat. descendere ad domum
suam. dicens. Domine descende. Secun-
do quia quantum ad illum pro quo pe-
tiit. Centurio enim petebat pro ser-
uo et puero. unde ipse ait. puer
meus ait iacet. etc. regulus
autem petebat pro filio. unde dictum
est sibi. filius tuus vivit. Ter-
cio quia quantum ad infirmitatem pro
quo petiit. puer enim centurionis
iacebat paraliticus. filius autem re-
guli febre tenebatur. unde dicitur
heri hora septima reliquit eum febris
Quarto quantum ad hoc. hic cum audisset. po-
stea petendi in alio. quia fuit
descensus Christi. et primo postea ipsa dicto
unde dicitur. hic. scilicet regulus cum audisset
quia Ihesus veniret. a Iudea in ga-
lilea. abiit ad eum. Secundo postea ipsa
petitio. quod dicitur. rogabat. ut
descenderet et sanaret filium eius
Incipiebat enim mori. Ad exposicionem
spiritualem huius litere. primo hic dicitur adventus
sua nobilitate. 2° sua defecti-
bilitate. 3° dicitur adventus. Christi ad
animales benignitate. 4° dicitur adventus
Christi in mutabilitate mutalem caritatem.
nitate. primo dicitur. dicitur hic adventus

sua nobilitate. ut eam custodiat
contra quibus hoc quidem regulus est. nam
in quolibet homine. est quedam principium regitivum et
cuius rex ratio est. cuius lex sapiencia
est. cuius gens potencie inferiores sunt
que rationi obedire debent. unde Tullius
de officiis dicit. duplex est vis animorum
atque nature. una posita est in appetitu potencia
altera in ratione. efficiendum est autem ut appe-
titus rationi obediat. eamque neque preter-
vantur. Secundo hic dicitur adventus sua defecti-
bilitate. ne superbiat. quia licet regulus
vel filius reguli. tamen moritur. quia
homo vanitati similis factus est dies eius
sicut umbra pretereunt. ubi nota
quod nativitas hominis alicui assimilatur um-
bre apparenti. sicut hic. Michee. in um-
bra filius. eam et solitudo fugiens. alii
assimilatur flori orienti. ut ibi. oriens
quasi flos egreditur. et conteritur. nichil enim
flore pulcrius. sed eius pulcritudo de-
ficiens. Alii assimilatur vapori ascendenti
unde b. Iac. iiij°. vita hominis vapor est
ad modicum parens. nichil enim vapore ele-
vacius. tamen licet elevatus est nunc sicut
Alii famille morienti. nichil enim vivacius
sed eius vivacitas moriens est. 3° dicitur
hic adventus Christi benignitatem ne diffi-
dat. tanta enim fuit benignitas Christi
quod descendit. ut hominem de hac vanitate
liberaret. Et hoc notandum est in textu
quod dictum est. quod descendit a Iudea in
galilea. Iudea enim dicitur confessio
Ista autem confessio est confessio laudis
de qua psalmus. beati qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te. Christus ergo de Iudea descendit
cum de celo venit. iuxta illud Job? Iubilate Deo
et descendit. descendit autem in gali-
lea. Galilea enim dicitur revelatio
unigenitus. enim qui est in sinu patris
Ipse enim enarravit. id est scripturam revelavit
4to hic dicitur adventus Christi immutabilis caritate
Christus. non ad filium reguli ire noluit
Ad servum centurionis ire paratus fuit. Glossa

nobis compunctionem. ut superba despiciamus. et
humilia sequamur. Vnde dicit glosa super hoc
verbo. In facto christi qui ad servum fuit
paratus ire. et non ad filium reguli. super-
bia nostra retunditur. qui honorem in
hominibus. qui ad ymaginem dei facti sunt
sed divitias et honores veneramur. Se-
cundum ad dictum. dixit igitur Ihesus ad eum. po-
sita peticione. ponitur petentis reprehensio
et primo quid petens reprehendit. 2o
causa peticionis replicatur. ibi dicebat
ad eum. Regulum reprehendit igitur regu-
lum christus dicens. Nisi signa et prodi-
gia videritis non creditis. Crediderat aliquis
quae fecit regulus reprehensus fuit
dominus sed quod de infidelitate videbatur
et in proposito supponere defectum potentie. quia
rogat eum descendere. At si non esset
ubique. Item defectum potentie dicens. prius
quam moriatur. At si eum non posset susci-
tare si moreretur. Item defectum scientie. quia
credebat primum ignorare infirmitatem pu-
eri. Reprehendit ergo regulum. quia signa
et prodigia petit. cuius ratio est. quia est
duplex fideles et infideles. quia infi-
deles per signa trahuntur. fideles autem per
auctoritatem scripture. In hoc igitur regulus
redarguitur. quia cum esset nutritus inter
iudeos et instructus de lege. non per
scripture auctoritatem sed per miracula credere
volebat. quae miracula dicuntur signa
et prodigia. Signa quidem inquantum sunt
ostensiva divine virtutis. prodigia autem
effectum inquantum pretendunt aliquem effectum fu-
turum. prodigium enim appellatur quasi
porro dicendum. eo quod porro dicat. et
procul significet aliquem effectum fu-
turum. Domine descende priusquam moriatur
filius meus. Si quis velit predicare de
isto verbo possit dicere. quod regulus primo
confitetur potentiam dicens. Domine. 2o im-
the plorat clementiam dicens. descende
3o allegat indigentiam dicens

priusquam moriatur filius meus. Ista
descensio fuit adimplenda. quia primo descendit
sicut panis vivus ad reconsolandum
familiam. Ipse dicit. Ego sum panis
vivus qui de celo descendi. 2o descen-
dit sicut ignis missus ad infla-
mandum tepidum. Hoc significatum est in
Exodo. ubi dicitur quod totus mons Synai
fumabat eo quod dominus descendisset super
eum in igne. 3o descendit dominus
sicut relevator pressorum ad elevandum
depressum. unde qui descendit ipse ascen-
dit. id est fecit nos depressos ascendere. Circa
indigentiam quam allegat regulus
Notandum est quod allegat infirmitatem
filii. Infirmitas autem hec contracta
est Capharnaum. Capharnaum autem dicitur ager
pinguedinis. vel villa consolacionis
fuit enim civitas magni honoris
iuxta illud. Luce 10o Et Capharnaum
usque ad celos exaltata es. ubi
designantur tres radices peccatorum. In
primo quidem concupiscentia
carnis. ex hoc quod dicitur domus conso-
lacionis vel pinguedinis. 2o autem
concupiscentia mundi. ex hoc quod dicitur villa
pulchritudinis. Hec enim est pulchritudo
mundi quae fallax est iuxta illud
Fallax gratia est et vana pulchritudo
Proverbiorum. Et Jacobi primo. Arescit fenum
et flos eius decidit. et decor eius
deperiit. ita dives in itineribus suis mar-
cescet. 3o notatur superbia vite. ex hoc
quod Capharnaum erat civitas magni
honoris. Secundum ad dictum. dicit ei Ihesus
vnaliud concedit. et primo quid concedit
vnaliud. 2o ponitur obsequium reguli. ibi
Credidit homo sermoni. petit regulus
presentiam reguli. christus autem conce-
dens. et sibi benignus condescendens
dicit. vade filius tuus vivit. In quo
verbo notatur loquendo. primo christus nos
hortatur ad spirituale exercicium. ad dictum
vade. 2o promittit fructuosum effectum
quod dicit filius tuus vivit. vn

Theophili. vade in perfectum et qui-
nimus te cum bonum ostendens. et tu
filius tuus vivit. Si autem ambulaveris
tessanis mortificaberis tibi inter tu-
ducta secundum nomen quia. de vita quia
vita nature. de qua in Ebrei. Inspiravit
dominus in faciem eius spiraculum vite
duta quam primo debemus advertere hu-
ius vite quiditatem. Impunitatem. Insta-
bilitatem. Si vero queritur. quid est hec
vita. Respondet Seneca ad Lucillum dicens
tamen quod vita nisi scintilla in ma-
Primo advertendum quod huius vite impunitas
quod non morti condempta. de qua
Seneca. morimur dum vivimus. et tunc
desinimus tunc mori. cum desinimus
vivere. 3o advertendum quod huius vite insta-
bilitas. de quo Seneca vita velo-
citer currit. et teneri non potest. Mors in-
stanter occurrit. et impediri non valet
senibus quod in iuvenibus in annis. inno-
centibus in insidiis. tunc de vita nature
quod vita gratie. que primo quidem includit
oblivionem carnis et memoriam Christi
unde apostolus. vivo ego iam non ego vivit
autem in me Christus. 2o includit expec-
tationem premii ad Titum Sobrie
et iuste et pie vivamus in hoc seculo
expectantes beatam spem. et ad-
ventum domini. 3o includit pru-
dentiam spiritus. ad Ro. prudentia car-
nis mors quod prudentia autem spiritus
vita et pax. Deinde ad dicit Credidit
homo potentie obedientia reguli. postquam
vero dictum est sibi quod descenderet descen-
debat. et ideo dicitur Credidit homo
sermoni quem dixit quem dixit ei
Jhesus. sicut nos dicenti. et ibat
ad propria redeunti. Deinde addicit
Jam eo descendente. annunciatur
et publicatur per suos miraculum. et ideo
dicitur. Jam autem eo descendente
volens citissime prosequi de verbo
salvatoris servi occurrerunt ei et
annunciaverunt ei dicentes. quia

filius eius vivit. Notandum quod ser-
vi [illegible]. occurrerunt non solum ut annuncia-
rent. sed quia prius sanitatem pueri sup-
fluum existimabat. [illegible]. que arde-
bat accedere. Deinde ad dicitur. Interrogabat
ergo horam in qua melius se haberet. Ad cuius evidenciam
notandum quod hic regulus comparare
voluit horam sanitatis. ad horam in qua
Christus dixit. vade filius tuus vivit. ut
ex tali comparatione cognosceret utrum
filius eius casu vel precepto domini curatus
esset. ex quo manifeste apparet. quod hic
regulus non perfecte credebat. Si vero per-
fecte credidisset non contulisset horam ad
horam. In hac collocatione horarum sunt
procedit. quia primo ponit interrogacionem reguli
unde dicitur. Interrogabat ergo horam
ab eis in qua melius habuerat. 2o ponit
servorum responsionem. unde dicitur. Et dixerunt
ei. quia heri hora vija reliquit eum febris
3o ponit cognicionem reguli conferentis
horam ad horam. unde dicitur Cognovit
ergo pater. quia illa hora fuit vija erat in qua
dixit ei Jhesus. filius tuus vivit. Ac
si dicatur. Ex collocacione horarum cog-
novit pater quod ad dictum Christi statim se-
cuta est sanitas filii. quia ipse dixit
et facta sunt. Deinde dicitur Credidit
ipse. ponitur fructus miraculi. quia credidit
ipse et domus eius tota. Notandum quod
secundum Bedam. in fide. sicut in aliis vir-
tutibus sunt gradus quod non ibi inicium incre-
mentum atque perfectio. Fides ergo reguli
inicium habuit. quando salutem filii petijt
incrementum autem credidit sermoni
domini dicentis. filius tuus vivit. Deinde
perfectionem obtinuit. quia credidit ipse
et domus eius tota. Deinde ewangelista con-
cludit. Hoc iterum secundum Augustinum signum
fecit Jhesus. cum venisset a Judea in Ga-
lileam. Ac si dicatur. Duo signa fecit
Jhesus. unum quando convertit aquam in
vinum. 2o quando sanavit filium reguli
Notandum quod super illo verbo vija hora

quia per septimam horam potest intelligi septima etas vel septimum donum vel vii^a dies. Primo quidem septima etas que est etas morientium. Hac enim septima etate sancti perfecte sanantur, quia mors est eis terminus doloris. Apocalypsis: Mors erit eis transitus ad vitam. Absterget enim deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum et iam non erit eis amplius neque luctus neque clamor. Vel per septimam horam potest intelligi septimum donum, quod est timor domini. Timor enim domini expellit peccatum et per quos sanitatem inducit. Vel per septimam horam vii^a dies qui est dies quietis, per quietem enim mentis homo a tumultu mundanorum accedit et deo perfecte vivit, in qua unione est perfecta sanitas animarum.

Post hec erat dies festus iudeorum. Postquam probavit se messiam promissum in lege, hic probat se esse verum deum. Et hoc ostendit per vii effectus principales qui deo in scriptura attribuuntur et ei sunt necessarii. Est enim creator, conservator, doctor, liberator, illuminator et pastor et nature reparator. Et de secundo effectu scilicet de conservatione vi^o capitulo ibi: Post hec abiit. De tertio effectu scilicet de doctrina veritatis vii^o capitulo ibi: Post hec ambulabat. De quarto effectu scilicet de liberatione viii^o capitulo ibi: Ihesus autem. De quinto effectu scilicet de liberatione ix capitulo ibi: Et preteriens Ihesus. De sexto effectu

vi^o quia scilicet pastor est x^o capitulo ibi: Amen amen dico vobis. De septimo effectu scilicet quod est nature reparator xi capitulo: Erat autem quidam languidus Lazarus. Agitur ergo de primo effectu, ostendit enim se esse creatorem omnipotentem in creatione membrorum infirmorum. Dividitur autem hec pars in duas partes, quia primo ponitur curatio miraculosa, 2o ponitur calumpniatio maliciosa ibi: Erat autem sabbatum in die illa. 3o

ponitur Christi confusio virtuosa ibi: Ihesus autem respondit eis. Prima in tres partes, quia circa hoc miraculum primo ostenditur locus, 2o ostenditur infirmitas ibi: Erat autem homo. 3o ostenditur ipsa curatio miraculosa ibi: Cum vidisset Ihesus. Vel circa hoc miraculum primo ostenditur longitas temporis, 2o loci conditio ibi: Erat autem Ierosolimis. 3o languentis infirmitas ibi: Erat autem. 4to curantis pietas ibi: Hunc cum vidisset Ihesus. 5o curantis potentia ibi: Dicit ei Ihesus: Surge. Ostenditur ergo primo tempus huius curationis, quia in die festo. Unde dicitur in littera: Post hec, id est post primum miraculum factum in Galilea, erat dies festus iudeorum et ascendit Ihesus Ierosolimam. Notandum est quod mandatum erat in lege quod omne masculinum iudeorum tribus vicibus in anno presentaretur in templo, scilicet in festo pasche, penthecostes et scenophegie. Dicunt autem aliqui quod hoc festum fuit festum penthecostes. Queritur aliquis quare Christus voluit ascendere ad diem festum cum non teneretur. Dicendum est quod duabus de causis ascendere voluit. Primo quidem ad legis approbationem, 2o autem propter sue doctrine maiorem manifestationem. Primo quidem ascendere voluit propter legis approbationem. Unde Christus ascendebat in diebus festis, ut ad eos dies festos faciens non videretur legi contrarius. Secundo ascendere voluit ad suam doctrinam magis manifestandam, quia in die festo plures conveniebant quam in aliis diebus. Unde psalmista: Annunciavi iusticiam tuam in ecclesia magna. Et alibi: In ecclesia magna laudabo te. Dicitur ergo: Erat autem Ierosolimis. Ostenditur conditio loci. Et primo describitur locus a nomine, 2o a dispositione ibi: quinque porticus habens, 3o a virtute ibi: Angelus autem domini. Describitur ergo primo locus a nomine. Et ideo dicitur

in lra dicitur autem Iohannis probatica
probatica piscina. que hebraice cog-
nominatur bethsaida. ubi aduertendum
est quod primo dicitur probatica. ubi glo. proba-
ton grece oues est. probatica quia pisci-
na pecualis dicitur. eo quod sacerdotes ea la-
uabant hostias. et maxime ouium
que ut plurimum in sacrificio offerebantur
ibi abluebant. Secundo dicitur piscina
ut magister dicit in historiis. aqua col-
lecta pisces non habens per generaliter pi-
scina dici solet. Tertio dicitur beth-
saida hebraice. bethsaida id est do-
mus ouium. dicitur proprie templum hec aqua
ex pluuialibus aquis collecta. Se-
cundo addicitur. quinque porticus habens. pro-
dispositione loci. dicitur enim quod ille locus
habebat quinque porticus. scilicet ponitur
ratio autem huius talis fuit. ut in
illis porticibus sacerdotes commodius sta-
rent ad lauandum corpora bestiarum
Tertio ponitur continentia loci. unde
subditur. in hiis scilicet porticibus iace-
bat multitudo et magna languen-
tium cecorum. claudorum. aridorum ex-
spectantium. aque motum. Nota
secundum magistrum in historiis. quod de-
bet modus aque motum est. quem
attendit quod autem motum esset. quem
mori debebat. non perpenditur. quia
languidi expectant ibi. quicumque vel ad
certam horam tunc conueniunt. si
hoc sciret. Secundum autem dicit angelus
autem domini descendit locus a uirtute
Ibi enim erat. secundum tempus ibi angelica.
Ad cuius euidenciam notandum
est quod hec aqua ex natura sua. non ha-
bebat uirtutem sanandi corpora. sed
ex aliqua uirtute occulta. scilicet ex
angelo. Et ideo dicitur in lra. An-
gelus autem domini descendebat in
piscinam. Secundo hec aqua est sa-
natiua habet uirtutem sanatiuam
non habebat continue. sed determinato tempore. Et
ideo dicitur. secundum tempus. et angelus descendens
non uidebatur. sed motus aque. ideo dicitur
in lra. Et mouebatur aqua. Quarto uirtus
aque finita erat. finitum habens effectum
ideo non sanabat omnes. sed unum. qui
prior descendisset. unde dicitur in lra
Et qui prior descendebat in piscinam
post motionem aque sanus fiebat. a qua-
cumque detinebatur infirmitate. Secundum autem dicit
dicitur autem hoc quidam. postquam dictum
est de loci congruitate. hic dicitur de in-
firmitatis uniuersitate. grauitas autem fuit
quia xxxviii annos erat habens infirmitatem
suam. Ad cuius euidenciam huius lre primo debemus
aduertere quiescentiam. hec enim aqua signi-
bat et signabat baptismum. Conuenit autem
aqua signum cum ipso baptismo. primo
quidem in effectu. quia sicut aqua
sanat et baptismus sanat. Secundo conuenit
in uirtute que erat. Illa enim aqua sa-
nabat ex quadam uirtute occulta
Tertio debemus aduertere signi differentiam. licet
enim aqua esset signum baptismi. tamen multum
differebat scilicet a ueritate. et primo quidem
differt in effectu. quia aqua signans
sanabat corpora. aqua autem baptismi
saluat animas. Secundo in tempore sanandi. quia
illa aqua uirtutem sanatiuam habe-
bat determinato tempore. sed aqua baptismi con-
tinentiam habet abluendi uirtutem. Quarto
differt in numero sanatorum. quia ibi angelus
hic spiritus sanctus. unde Crisostomus angelus de-
scendens uirtutem sanatiuam impone-
bat aqua ut discat iudeus. quia multo magis
angelorum dominus omnes egritudines
anime sanare potest. Quinto differt signum a
ueritate. in multitudine sanatorum. quia
in aqua que fuit signum unus tantum
sanabatur. aqua autem baptismi sanat
omnes. Sexto differt signum a ueritate. quia
infirmitas impedimentum fiebat uolunti

curari. non sic autem in aqua baptismi
Dico debemus advertere legis imperfectionem
que signatur in quinque porticibus
sicut enim piscina quinque porticibus cin-
gebatur. ita pentateucus in quinque
libros Moysi continebatur. et sicut
illi porticus continebant infirmos
non tamen sanabant. Ita lex Moysi in-
firmitatem quidem ostendebat. sed gratiam
sanativam non conferebat. Secundo debemus
xpte advertere Christi spiritualem perfectionem. quia
opus quod lex continebat Christus sa-
nat. Sanat enim languidum dando
spiritualem fortificationem languido. enim nos
sumus qui passionibus subicitur. putant
ut contrarie passiones. enim sunt quedam
egritudines anime. a quibus passionibus
querebat David liberari dicens
miserere mei deus quoniam infirmus sum. Secundo Christus
sanat conferendo spiritualem illuminationem
et dicit sanare cecos. videlicet in corpore
in corpore doctorum Et hec cecitas sequitur
ad languorem anime. quia homines
subiecti passionibus non possunt cernere verum
Et expellere passiones sicut dicens
Boethius Tu quoque si vis cernere verum tramite recto
carpere callem. gaudia pelle. pelle
timorem spemque fugato. nec dolor
adsit. Hic. ubi regnat nubila.
mens est. De hac obnubilatione
quam faciunt passiones dicit psalmista
Supercecidit ignis. id est ira et concupiscentia
et non viderunt solem. id est claritatem veri
3o Christus sanat largiendo spiritualem
rectificationem. quia rectificat pedes
id est affectus claudorum. homines enim lan-
guentes in passionibus claudicant
in affectibus. Dicuntur autem homines clau-
di. qui timore mali humiliante. vel
amore mali inflammante inclinantur

ut sic acceptores personarum. Quarto Christus
sanat largiendo spiritualem impingua-
tionem. et hoc quia sanat affectus arido-
rum id est dominorum. in quibus exsiccata
est omnis pinguedo devotionis. quam
petebat David dicens. Sicut ex
adipe et pinguedine repleatur anima
mea. Hii sunt enim qui subiacent passio-
nibus. ita quod sunt languidi spiritualiter
et sic pinguedo devotionis. Deinde
cum dicitur. Hunc cum vidisset Ihesus
ponitur Christi curantis pietas ex hoc
quod oculo pietatis respexit infirmum
Et primo quidem Christus respexit. Secundo
2o interrogavit eum. ibi. Dicit ei lan-
guidus. curatio ergo ad primum
dicitur. Hunc cum vidisset Ihesus oculo
misericordie. quam misericordiam petebat. David
dicens. Respice in me et miserere
mei. Et cognovisset quia iam
multum tempus haberet in infirmitate. Secundum
ergo ad secundum interrogat dicens. vis
sanus fieri. Interrogat autem non. quia
ignorans. sed ut ostendat patientiam
infirmi. qui xxxviii annos habens
infirmitatem per unumquemque annum
cipi ab egritudine exspectans. acce-
debat. et non desistebat. vel forte
interrogabat. ut excitaret desiderium
infirmi ad petendum. Certe enim cum
cum desiderio petitur. fortius tenetur
unde salvator hortatur nos ad pe-
tendum dicens. petite et accipietis
etc. Tertio ad tertium ponitur. Responsio
infirmi. unde dicitur. Dicit ei languidus
Domine non habeo hominem etc. In qua
responsione iste infirmus insinuat suam
debilitatem et suam paupertatem. Suam
paupertatem. quia cum pauper esset
hominem habere non poterat. et ideo dicit
hominem non habeo. Suam debilitatem

quia cum vellet se mittere in piscinam
semper ab alio preveniebatur. Unde dicitur
Dum venio enim ego alius ante me
descendit. Deinde cum diceret. Dicit
ei ihesus. Postquam dictum est de petitione
credentis. Sequitur dicere de potestate cuius
ex qua potestate sit imaginalis. Et primo
quod christus ex sua potestate imperat
secundo infirmus obedit. ibi. Et statim
sanus factus est. Christus autem in in-
cipiendo primo imperat verbo dicens
Surge. secundum vero Augustinum. Surge
non operis impium fuit. sed operacio sanitatis
christus ei dicens Surge operatur
sanitatem diximus. quia natura impio
precepto obediunt dicens sibi Tolle
grabatum tuum et ambula. Secundo autem
secundum Crisostomum christus imperat tolle gra-
batum. ut miraculum magis credi
foret. vero vero certissime et vehementer
compacta fuissent membra infirmi
lectulum non potuisset. Deinde cum dicitur
fit Et statim sanus factus est. postea obedit
et primo quod obedit natura. quia statim
ad imperium christi sanus factus est infirmus
Secundo obedit voluntas infirmi. unde
dicitur. quod sustulit grabatum suum
et ambulabat. Notandum est super
illo verbo. Surge. quod christus hortatur
peccatores ad quendam recessum. dicens
Surge. Surge vero est peccator a
peccato. ad ephesios v. Surge qui dor-
mis et exurge a mortuis. Sur-
ge etc. est hoc ut christo appareat hostium
intellectus. Canticorum v. Surrexi ut
aperirem dilecto meo. Surge etc.
est ut dilectum per peccatum amissum per
desiderium querat. Surgam et circuibo
per vicos et plateas. queram quem
diligit anima mea Canticorum iii. Secundo
hortatur nos christus ad spiritualem
profectum. quod dicit Tolle grabatum

tuum et ambula. est vero hoc tollere
grabatum suum satisfaciendo de quibus
dam. vero hoc tollit grabatum suum qui
quod ante non potest sibi penitentie portat
Ambulare autem est proficiendo. et primo
quod prima in deum ascendente. et hec
est via caritatis. Secundo prima in proximum
descendente. et hec est via pietatis
Tercio prima ad seipsum regrediente
et hec est via humilitatis. Sic vero am-
bulans ambulat viam tuam die et nocte
ut perveniat usque ad montem dei
dei oreb. Sic vero ambulans semper proficit
de virtute in virtutem. donec videatur deus
deorum in syon. Notandum est quod circa sa-
nitatem huius infirmi. primo commendatur
vinculum unitatis. quia unus tantum sanatur
unde Augustinus super Iohannem Sanabat unus sig-
nans catholicam unitatem. quia quisquis preter
unitatem fuit. sanari non potuit. Un-
de ille qui odivit unitatem. et partes
sibi faciunt in hominibus. more illorum
qui dicebat. Ego quidem sum petri ego
pauli etc. ad Corinthios primo. Secundo christus
precipit actum caritatis dicens. Tolle
grabatum. Actus vero caritatis secundum Augustinum
super Iohannem est quod alter alterius onera portat
eo modo quo sciatur est in sanatione huius
infirmi. primo est vero quod grabatum portat
infirmum Secundo autem infirmus sanus factus
portat grabatum quod dicit salvator
secundum Augustinum. tolle grabatum tuum cum
esses languidus portabat te infirmus pro-
ximus. sanus factus es porta proximum tuum
invicem onera vestra portate. et sic adim-
plebitis legem christi. Tercio in verbis istis
declaratur modus itineris spiritualis quod dicit
ambula. Augustinus super Iohannem Iter age
quo iter agis nisi ad deum deum tuum
porta ergo eum ad quem ambulas. ut
ad eum pervenias cum quo manere desi-
deras. Ac si dicat Augustinus. via perve-
niendi ad illud quod desideramus est

mutua supportacione priorum. Secundo circa
dictum Erat autem sabbatum. Postquam dictum
est de curacione miraculosa, hic dicitur de iu-
deorum calumpnia. Et dividitur hec pars in
duas partes quia primo ponitur eorum calumpnia. Secundo
Erat autem sabbatum in die illa. Calu-
pniabantur enim iudei propter sabbatum in quo
christus curabat. Secundo ponitur ipsa calumpnia quod
dicitur. Dicebat ergo iudei. Queritur ali-
quis quare sabbato christus curare voluit.
Dicendum quod hoc fecit primo ad ostendendam
convenienciam inter opus creacionis et
recreacionis. ad hoc enim venit christus ut opus
creatoris scilicet hominem deformatum repararet
debuit autem idem in tempore opus reparacionis
nisi auctor opus consummatum incha-
tum relinqueret. opus autem consumma-
tum est vii^a die. Et ideo vii^o die opus
curare voluit. Secundo hoc opus fecit ad
ostendendum legalium imperfeccionem. legalia
enim in adventu christi cessare debuerunt
hoc autem ostendere debuit christus verbo
et facto. Et ideo quod omnia opera sua fecit in
sabbato. Tercio hoc fecit christus propter quamdam
utilitatem quia simplices et pauperes
homines conveniebant in sabbato. quos
christus per opera sua sanare debuit. Tercio
circa dictum. Dicebat ergo iudei. ponitur
calumpnia iudeorum. Et primo quid calump-
niantur in sanum curatum. Secundo imitantur
calumpniari christum curantem. ibi Interroga-
verunt ergo eum. prima in duas. quia primo ponitur iudeorum
calumpnia. Secundo curati responsio. ibi Respondit eis
primo ergo ponitur calumpnia iudeorum. Calump-
niabantur enim hunc sanatum. acsi vio-
lasset sabbatum. Dicebant enim illi qui sanus
factus fuerat Sabbatum est non licet tibi tol-
lere grabatum tuum. Notandum est quod hic
iudei non calumpniabantur dominum quod sanum
fecerat in sabbato. Cuius racio est secundum
Augustinum quia iudei sequentes christo de curacione
in die sabbati calumpniam inferentes
confutati cavent ab eo propter hoc quod ipse erat

iuncta in die sabbati erigebat et
salvabat. Calumpniabantur de porta-
cione lecti. quasi dicerent Si sanitas
non defenda(?) quid necesse erat lectum
portare ut portaret pape. Notandum
est quod sabbatum dicitur tribus modis. Est enim
sabbatum detestandum in quo accipitur
quies carnis sine quiete mentis
Sunt enim quidam qui pro voluptatum ex-
periencia quiescunt in carne. et per re-
morsum consciencie cruciantur in mente.
Contra tale sabbatum tenuorum(?). Primo vi-
derunt eam hostes. et deriserunt sabba-
ta eius. quos enim vident demones
natare a bonis operibus derident. Secundo
est sabbatum quod includit quietem mentis
et corporis. et hoc erat sabbatum in ultima
refeccione ad affliccionem corporis. hoc est enim
sabbatum illorum. qui quanto plus carnem suam
crucifigunt cum viciis et concupiscenciis. tanto plus
quietem consequuntur. De hoc sabbato potest
accipi. quod dictum est levitici. xvi^o. Sa-
bbatum requiecionis est: et affligetis animas
vestras religione perpetua. Tercio est sabbatum
quod includit quietem mentis et corporis
et hoc erit sabbatum in ultima refeccione
qua erit ultimata requies beatorum. De
hac potest accipi quod dictum est ysaie ultimo,
Erit sabbatum ex sabbato. Hanc quietem
designabat sabbatum figure iudeorum
unde Augustinus super Genesim. probabiliter potest dici
sabbatum observandi preceptum fuisse iudeis
in umbra futuri. que spiritualem requiem
significaret. quam deus exemplo sue quietis
pollicebatur fidelibus bona opera facientibus
Secundo circa dictum. Respondit eis. ponitur responsio
infirmi. in qua responsione se excusat
dicens. Qui me sanum fecit ille michi
dixit. quasi diceret vos dicitis prohibitum esse
ne onus portetur in sabbato. et hoc
auctoritate divina. Sed in eadem auctoritate
inportatum est michi ut tollam grabatum
meum qui restituit me in sanitatem. in quo
se ostendit habere virtutem divinam in

dixit: Tolle grabatum tuum. Secundum
ad dixit. Interrogaverunt eum ergo qui
sanatus fuerat. Calumpniari non po-
terant, intendunt Christum calumpniari.
Et primo quod agitur de Christi calump-
niatore inquisitione. 2o de Christi in-
ventione ibi: Postea invenit eum
Jhesus. 3o de Christi persecutione ibi:
Propterea persequebantur. Continet inquisi-
tor Christi sic procedit, quia primo ponit
iudeorum interrogationem. 2o ponit sana-
ti ignoranciam ibi: Hic autem. 3o igno-
ranciae causam ibi: Jhesus autem decli-
navit. Ergo ad interrogatorum iudeorum dicit
Interrogaverunt ergo eum: quis est ille
qui dixit tibi: tolle etc. Modo
autem interrogandi apparet quod isti ma-
liciose interrogabant. non enim dixe-
runt: quis ille homo qui sanavit te,
sed quis est ille qui dixit tibi:
tolle grabatum tuum. quia hoc videbatur
contra legem. intendebant enim ponere
maculam in Christo. Secundum cum dicit
Is autem, ponit ignoranciam sanati.
Is enim qui sanus factus fuerat nescie-
bat quis esset. Tertium ponit causam igno-
ranciae: quia Jhesus declinavit
a turba. Notandum est quod declinatio Christi
a turba secundum unum modum designat ex
parte Christi exemplacionem activam. Declinavit
enim a turba dans nobis exemplum occultandi
opera nostra bona. ut si quecumque facimus
favorem hominum. ut si quecumque dat
nobis exemplum ut fugiamus oculos invidorum.
Jo. enim declinat a turba secundum Cris. ut
non plus faceret furorem iudeorum attenden-
di. Solus enim visus eius invidis non par-
vam invidentibus scintillam immittit.
Secundo designat Christi eminentem gradum. De-
clinatur enim a turba ut daret nobis
intelligere quod ipse preeminet omni turba.
unde Aug. super Jo. loquens de Christo
dicens quod non unus de turba sed pre-
eminet omnem turbam. 3o quia decli-
navit a turba insinuatur nobis

modum inveniendi eum. ex quo enim non
est a turba non invenitur in turba. unde
Aug. super Jo. om. xvii. difficile est
in turba videre Christum. Turba enim strepitus
est. visio autem ista secretum desiderat.
Secundum cum dicit: Postea invenit eum Jhesus,
agitur de Christi inventione. et primo Christus invenit.
2o inventus docet ibi: Et dixit illi. 3o
inventus manifestatur ibi: Abiit ille ho-
mo. [illegible] ad primum advertendum est quod ille non [illegible]
erat vel inveniendi Christum. Et quod ipse prius
invenit nos. prevenit enim nos in
benedictionibus dulcedinis. 2o non dicit in
lecto quod sanatus invenit Jhesum. sed Jhesus
invenit sanatum. Secundo advertendum est
inventionis locum. invenit enim eum in templo.
volenti enim Christum videre necesse est fugere tur-
bam cogitationum et pravorum affectuum
et declinandum est ad templum. ut scilicet ipsum
mundet ac faciat Dei templum. in quo Christus
manere dignetur. Secundum cum dicit: Et dixit
illi ostenditur quomodo Christus inventus docet.
Christus autem in docendo primo ipsum sanatum
rememorat beneficium impensum dicens:
Ecce sanus factus es. dans intelligere quod
homines de impensis grati esse debent.
Secundo Christus docens sanatum tribuit sibi
sanum consilium dicens ei: Jam amplius
noli peccare. 3o Christus docens peccanti
peccatori imminens periculum dicens:
ne deterius aliquid tibi contingat. A-
lio modo potest sic dici: quod in docendo primo
rememorat beneficium gratie dicens:
Ecce sanus factus es. Secundo intimat reci-
divum culpe dicens: Jam amplius noli
peccare. 3o imminens supplicium dicens:
ne deterius tibi contingat. Circa primum
scilicet circa sanitatem primo debemus attendere
medicinam preciosam. ad hanc sanitatem
est dolor contritionis. ps. Sana contri-
tiones eius quia commota est. Secundo debemus
advertere medicinam purgativam. et hec
gratia remissionis est. que culpam purgat.
ps. Domini propiciaberis omnibus iniquitatibus
tuis. et quod sana omnes infirmitates tuas

Secundo debemus adhibere medicinam con-
servativam. que conservat hominem in sa-
nitate. Et hec est perfectio boni operis
unde Proverbiorum iiii°. De precepto Domini. Custodi
cam mee cordis tui. vita. n. sit in
nocentibus et immunis carnis sanitas
Ecce sanus factus es noli peccare. Notandum
est quod peccatum non est aliud sex proprietates
quas attribuit auctor de fide et legibus
peccato. Primo. n. quod peccatum est quedam spiritualis
volutacio. volutatur. n. anima ex polieus
cum gratuitis. Cum n. peccat ledit
animam suam. Secundo peccatum est quedam spiri-
tualis extinctio. sicut gratia est spiritualis
illuminatio. Sophonie primo. Ambulaverunt
ut ceci quia domino peccaverunt. Tertio est quidam
spiritualis casus. qui enim peccat spirituali-
ter cadit. unde dicitur est de lucifero. Quomodo
cecidisti lucifer. qui mane oriebaris.
Quarto est quedam spiritualis [illegible]. qui n. peccat
dividit seipsum a deo. Iniquitates vestre dise-
runt inter vos et deum. Isa. lix. Ergo ac-
cipe quod peccatum dividit se a deo in quan-
tum dei est servat se a deo. Quinto peccatum est
quoddam vinculum. ligat. n. animam ne ad
bonum redeat. Iere. quinto. peccata vestra
prohibuerunt bonum a nobis. Sexto peccatum
est quidam contractus. Et quod quedam em-
ptio infernalis tormenti. Rom. stipendium
peccati mors est. Secundum ad dictum Abiit ille
homo. ponitur preminencia maior. quia ille abiit
et nunciavit iudeis quia ihesus est qui fecit
eum sanum. Notandum est secundum Crisostomum quod
nullo modo credendum est quia iste sanatus in-
iuriaret Christum. Si n. detraheret voluisset sa-
nitatem tacuisset transgressionem dixisset. Sed
quia non fecit. Non n. dixit qui ihesus
est qui dixit. Tolle grabatum tuum
quod videbant iudeis crimen esse. Sed dixit
quia ihesus est qui me sanum fecit. Deinde
cum dicitur. Propterea persequebantur eum po-
nitur Christi persecutio que fuit propter
quoddam opus pietatis factum in
sabbato et cetera et cetera

Ihesus autem respondit eis. Postquam
posita est iudeorum calum-
pnia maliciosa. hic ponitur
Christi responsio et doctrina fruc-
tuosa. Et dividitur hec pars in duas partes. quia primo
ponitur doctrina Christi. secundo ponitur confirmatio eius
ibi Si ego testimonium perhibeo. Adhuc de
primo notandum quod Christus circa doctrinam
suam sic procedit. quia primo docet quod ipse
est equalis potentie ad patrem ad operandum
Secundo autem quod ipse equalis potentie
ad patrem ad vivificandum. ibi Sicut enim
pater. Prima in duas. quia primo Christus ostendit
equalitatem sue potentie. secundo ostendit
a quo habet hanc potentiam. ibi. Respondit itaque
ihesus. Prima in duas. quia primo ponitur doctrina
fructuosa. secundo ponitur iudeorum persecutio
maliciosa. ibi Propterea enim. Primo ergo Christus
docet se habere equalem potentiam ad patrem
dicens. Pater meus usque modo operatur et
quasi dicat salvator nolite putare quia
sabbato ita requievit pater meus. ut ex
illo non operetur. Sed sicut ipse nunc operatur
sine labore. ita et ego operor. Sic hic
unum declaratur duplex patris et filii
operatio. Operatur. n. pater et filius omnia
creando. operatur enim omnia gubernando
et tunc est sensus littere. licet deus in sabbato
requievit a novis creaturis. quia de
tamen usque modo operatur creaturas continendo
et conservando in esse. unde Augustinus super
Genesim iiii° libro Creatoris potentia pro-
est causa subsistendi omni creature. quia
si ab eis que creata sunt regendis
aliquando cessaret et eorum cessaret species
et natura concideret. neque n. sicut structor
edium cum fabricaverit abscedit stat
opus eius ita mundus in ictu oculi
stare potest. quod si deus salvatorem in hoc
Pater meus usque modo operatur continuatur
quandam speciem eius. quia unum sa-
nctificativam continet atque administrat
ostendit. Notandum est quod creator
omnibus deus dicitur quievisse
in sabbato. primo quia dicitur ad decem

z accatur concludit. Secundo secundum
Aug. ut nos amoneat post bona
opera quietiros. Sicut enim deus postquam
fecit hominem ad ymaginem et simili-
tudinem suam. requieuit die vija
sic et nos requiem non speres nisi ad re-
dieris ad similitudinem ymaginis fractus es
quam peccato perdidisti. Tercium addicit
propterea ergo. postquam dictum est de opere
doctrine que ostendebat se esse equa-
lem patri. hic ponitur indignatio persecucionis
propterea enim querebant eum iudei interficere
quia non solum soluebat sabbatum. sed
et patrem suum dicebat deum. notandum
quod propterea dicens se esse equalem
patri perfecte se excusabat de sabbato
Sicut enim pater operans sabbatum abso-
lutus est a crimine. ita est filius. quia
par dignitas est patris et filii. Si autem
xpistus fuisset solum filius adoptatus
non perfecte se excusasset. cuius racio
est secundum Crisostomum. qui perfectus transgre-
ditur legem effugere non potest. Si
accusatus se excusat dicens. qui
et ... legem soluit. xpistus ergo sic se
excusans. ostendit quod ipse est eiusdem
substancie cum patre. Secundum ad dictum. Quartum itaque
filius. per que ostenditur xpistus se esse equalis
potencie ad patrem. hic ostenditur quod habeat potentiam
a patre. Et tria facit. quia primo ponit
suc potencie originem. 2o sue potencie magni-
tudinem. ibi. Quecumque enim ille fecerit
3o ponit racionem utriusque. ibi. Pater enim. Primo
ergo docet xpistus de sua origine
cuius summa est. quod licet omnia operetur
ad hoc habet a patre. quia filius non potest
a se facere. quicquam nisi quod viderit pa-
trem facientem. Notandum est quod hoc
dictum xpisti. non potest filius facere
quicquam non intelligitur de xpisto. secundum humanitatem
nam xpistus enim super mare ambulavit
cum non est verum quod pater super mare am-
bulavit. ita quod viderit filius ambu-
lantem. Sed intelligitur hoc verbum de xpisto secundum
naturam diuinam. Ad cuius euidenciam

primo notandum est. sicut notat Aug. super Jo-
hannem. xviij. quod in corpore sunt diuisi sensus. In
corpore enim est auditus visus et ceteris. Alia enim
per oculos videt. et per aures audit. ad
proprietatem vnitatis corporis oculus sibi videt
et auri. et auris sibi audit et oculo et ce-
terorum corporis dicitur auditus et visus. Secundo nota-
ndum est secundum eundem Aug. quod licet in sensibus
corporis diuersa audire et videre. tamen intellectu
idem est audire et videre. quia ibi audis vbi
vides. Tercium enim sunt diuisa in inferioribus
puta in sensibus sunt vnita in potencia super-
iori. scilicet in intellectu. Tercium notandum est super sensus
Tercium notandum est quod deus super verbo. scilicet
intellectum et sensum. nobis enim ut dicit
Aug. non est idem esse et videre. Si enim idem
esset in nobis esse et videre. numquam esset homo
nisi videns. In deo autem idem est esse et videre
et quia in eo est idem esse et videre. non aliquo
modo esse ab eo habet videre. Et hoc est quod dicitur hic
quod filius non potest facere quicquam nisi quod
viderit patrem facientem. Ac si diceretur
In filio idem est esse et posse. sed filius habet esse
a patre. ergo et posse habet a patre. filius enim
per natiuitatem esse et posse accepit a patre
hanc autem acceptionem siue communicacionem
designat hic saluator per visionem et per visu-
m vel in auditum diuinatis sciencie ... Et
ergo visio designat diuinam cognicionem. Jo-
hanne hec generacio filii que est sapiencia
increata per visionem designatur. Ipse enim
filius. ut dicit Aug. videndo natus
est. et nascendo vidit. et in eo quod ille
videre in eo est illi esse. in eo est illi natum
esse. Notandum est secundum Crisostomum. quod per hoc
verbum non potest filius a se facere quicquam. verum
videre talium prius indicatorum. ut sit sensus hic
dicitur filius non potest a se facere quicquam
quia non potest peccare. quod dicit xpistus. iniuste
persequimini me de solucione sabbati. quia
peccare non possum. Secundum enim peccaret opera
contraria patris ego autem nihil operor
contrarium patri. quia ante ipso nihil facio
tamquam equus patri. Secundum autem dictum

et filium non posse a se facere quicquam nisi
et nunc deficiunt. sicut dicit Aug(ustinus). sed
permanet. non nisi laudabiliter et omnipotentis
non sicut mori. posset nisi filius facere quod non
vidisset patrem facientem. si posset facere quod
pater illud non facit sicut hoc. et si posset pater
Deinde cum dicit. Quecumque enim ille sic pater
fecerit facit. postquam dictum est de potentia
originis. hic dicit de eodem potentie magni-
tudine. patris enim et filii una est potentia
ad patrem a nullo est potentia. filius autem
est a patre. patris autem et filii eque magna
quia potentia est. quia ad omnia et eadem ad que
se extendit potentia filii. quecumque enim ille
sic pater fecerit. hec et filius facit. et similiter
facit. Notandum est quod unius et eiusdem
potentie una est operatio et unum obiectum. Sed
ergo patris et filii sit una et eadem. erit
una et eadem operatio. erit etiam unum et
idem obiectum huius operationis. quia que cadunt
sub potentia essentiali patris cadunt sub potentia
filii. et hoc est quod dicit hic quecumque
ille fecerit et filius similiter facit. Quecumque
aliquis quod additum est similiter. Dicitur est
quod illud nimium (?) quecumque ille fecerit con-
cludit unitatem potentie in patre et filio
quia non una est potentia patris et filii. ideo omnia
que facit pater facit filius. non enim alia
sunt que fiunt a patre ab hiis que fiunt a
filio. sed eadem. Secundo hoc nimium excludit
imperfectionem potentie. aliud enim contingit. quod unum
eadem sit a duobus. sed ab uno principaliter
sicut a puero (?) agenti. hoc concludens
salvator dixit. quod filius eadem facit
que pater. et similiter. unde sicut Aug(ustinus) super
Jo(hannem) omelia vicesima. exponit hoc quod dictum est
similiter. sit dicens litteras sunt. primo a corde
nostro. deinde manus concipit litteras. deinde
a corde deinde postea scribit litteras. Easdem litteras
facit et cor et manus. sed dissimiliter. Cor
enim in nobis facit eas intellectualiter. manus autem
visibiliter. non sic eadem pater et filius facit
aut

eadem. sed similiter. Deinde cum dicit. Pater
enim diligit filium. postquam dictum est
de unitate potentie et equalitate potentie sive
magnitudine eiusdem. hic dicitur de ratione unitatis et
et primo quid dicitur de hac ratione. secundo
dicitur de potentie manifestatione. ibi. et maiora
horum. Ratio autem dictorum est
dilectio patris. pater enim diligit filium
et omnia demonstrat ei que ipse facit.
Ad evidentiam huius littere. primo excludendus
est falsus intellectus. secundo ostendendus
verus modus. tertio hic est. et manifestandus
per exemplum. Falsus intellectus est. quod pater prius
facit. deinde demonstrat filio faciendum.
Hic autem intellectus est impossibilis
quia secundum hoc filius non facit omnia sicut
enim dicit Aug(ustinus). quod tu facturus es. ut
demonstres alteri faciendum. non utique
facit pater illud. sed tu solus facis quod primum
filius videat. et aliud tale similiter faciat
non sit autem hoc. quia omnia operantur prius
nec demonstrat filio ea que ipse prius
facit. quia filius dicit. dominus possedit me in initio vi-
arum suarum antequam quicquam faceret a principio.
Secundo est dandus verus intellectus hic
ut sit sensus quod pater demonstrat filio
non quid in faciendo. sed demonstrando
facit quod filium ostendendo. enim et demonstrando
genuit filium. genuit autem ipsum
opificem omnium. ubi advertendum est quod hec
verba demonstrare et videre in divinis di-
cuntur etiam cognitione. cum emanatione
unde non aliud dicitur. filius videt. quam
filius procedit ut videns. et pater de-
monstrat filio. i(d est) filium gignendo dat
sibi demonstrationem et notitiam omnium. Tertio
videndum est quod de exemplo. Au(gustinus) in prologo
omelie super Jo(hannem) ubi dicit. est principium
mentis sunt duo. s(cilicet) memoria et cogitatio
quid cogitatio est. quod quedam acies
et intuitus mentis. In memoria autem
est aliquid reconditum quod fit abditum

et q. sicut in thezauro mentis me
dium. aut hoc sit recondita. et ita
et memoria quasi prius et cogitatio. Eum no
titiis mentis reflexa et. ad id quod cat
in memoria. iam notitia formata et
visio quedam aliud facta et ho
huius sequitur quod memoria demonstrat
et in actu cogitationis sit visio. ita quod
demonstratio gignit visionem. non et
converso visio gignit demonstrationem
in divinis autem ut dicit Augustinus
non est aliud parens et. aliud eius
demonstratio. nec aliud filium et et
aliud eius visio. Sic autem demonstratio
patris et filii visionem gignit. que
admodum pater gignit filium. Nota
dum est super illo verbo pater diligit filium
quod amor dei et creature. Amor enim in
causatur a rebus. sed amor dei causat
bonitatem in rebus. et ideo dicit Dionysius
in libro de divinis nominibus. quod amor
divinus non permisit eum sine germine
quod autem dicitur in litera. quod pater diligit
filium. non potest intelligi quod amor sive
dilectio. sit principium originis filii. quasi
hoc pater genuisset filium voluntate
quod est error. Licet generatio dicta
non sumatur ex dilectione tamquam ex
principio. sed magis tamquam ex signo
pater enim perfectissimo diligit filium. cum
sit imago et figura substantie eius
et hec dilectio signum est. quod omnia sibi
communicat. scilicet potestatem. naturam. et similia. De
qua dilectione dictum est supra. pater
diligit filium et omnia dedit in manu
eius. Deinde cum dicit. Et maiora his
demonstrabit. fit mentio de immanentie
potestatis. qua filius accepit a patre
ubi advertendum est. quod in scriptura
pluries dicitur aliquid fieri. quando innotescit
filius ergo plenissimam potestatem
accepit a patre ab eterno generatione
licet hec potestas in executione operis
manifestabitur. ut sit sensus litere. quod
pater omnia maiora opera data quam ex
cecatorum ostendet. et hoc nobis mirantibus
quod. scilicet qui nobis vere. ut homo apparebit
ut deus. Notandum est quod hec litera et
maiora his demonstrabit. potest alle
legi. ut in ultima Augustinus. Nos sumus
membra corporis. et ideo aliud quod fit membris
corpus sibi attribuit. sicut ibi quod uni
ex minimis meis fecistis mihi fecistis. et
ibi. Saule saule quid me persequeris
caput pro membris dicit. Vel dicas
discretio et tunc est sensus litere. quod pater maiora
opera demonstrabit eis membris eius
quod ut in iiii° dicitur apostolis et maiora horum facie
tis. Ac si diceret. deus dilectionis maiora faci
enti maiora eis demonstrabunt. ut et
vos miremini. scilicet in miraculis discipulorum
deinde cum dicit. sicut enim pater. quasi quam
dictum est de equalitate potestatis ad vivi
ficandum. et dividitur. hec. pars in duas. partes.
quia primo fit mentio. de vivificatione inte
riori. que respicit mortem. secundo fit de — meco
vivificatione exteriori que respicit corpus
ibi. Et potestatem dedit ei. prima pars in
duas. partes. quia primo ostenditur quod filius habet potestatem
vivificativam. secundo ostenditur quod in se ipso vivit
ibi. Sicut enim pater. prima in duas. quia primo fit
mentio. de unitate potestatis patris et filii
que potest est ad vivificandum. secundo ostenditur
que sunt ibi que vivificantur. ibi. Amen
amen dico vobis. prima in duas. quia primo
fit mentio. de equalitate potestatis inter
patrem et filium. secundo hec equalitas probatur
per effectum ut honorificent omnes
etc. prima in duas. quia primo ponitur. quod filius habet potestatem
vivificandi. sicut et pater. secundo ostenditur quod filius
dignitatem a patre. Nota enim pater. continuum
ergo ad premissa dicitur. quod sicut suscitat mor
tuos. id est habet potestatem vivificandi intus
sic et filius. scilicet pro libero voluntatis arbitrio
vivificat. Notandum est quod secundum aliud
modo legendi. beatus Augustinus refert hec
tam. ad resurrectionem mortuorum

quidem exposicionem. ut .n. dicit duplex
est resurrectio. quam Christus fecit ad o-
stensionem miraculi. sicut fuit resurrec-
tio lazari. Alia erit resurrectio que
erit ad vitam eternam. Et de ista loquitur
hic. primo .n. dicit quod sicut pater suscitat
mortuos. ita et filius. Deinde ut eum in-
telligamus illam resurrectionem mortuorum
que facta est ad miraculum. et non ad
vitam eternam sequitur autem. neque .n. pater
iudicat quemquam. ut ex hoc quilibet
intelligat. quod ipse loquitur de ultima re-
surrectione que erit ad vitam eternam de-
inde cum dicit. Neque .n. pater iudicat
quemquam. fit mencio de origine filii
Ad cuius evidenciam notandum est quod per hec
verba duobus modis potest intelligi. uno modo
ut hic fiat mencio de resurrectione corpo-
rum ita quod prius fiebat mencio de resurrec-
cione animarum. quando dicebatur. sicut
.n. pater suscitat mortuos et vivificat
etc. nunc autem fit mencio de resurrectione cor-
porum. prima resurrectio fit per gratiam communem patris et filii
et ideo hanc simul operatur pater et filius. secunda
autem dispensacione resurrectio fit secundum dispensacionem
humanitatis quam Christus assumpsit. Et
ideo dicitur in hoc verbo. quod pater non iudicat
quemquam. sed omne iudicium dedit filio
Secundum .n. quod pater genuit filium sibi
equalem iudicat cum filio. sed secundum
assumptam humanitatem. filius iudicat et
non pater. quia filius videbitur in iudicio
non autem pater. Secundo modo potest intelligi
verba ista. ut ostendat originem a patre
et secundum hoc verba fuit divisa contra preceden-
tem et est sensus verbi pater non iudicat
quemquam solus. sed cum filio. Sed omne
iudicium dedit filio .i. genuit filium iu-
dicem omnium. Sicut .n. pater dedit vitam
filio .i. genuit eum viventem. ita
sibi dedit omne iudicium .i. genuit
eum iudicem omnium. Hoc hic .n. sic dicit
hylarius. quod filius omnia habet que habet
pater. racione indifferencie patris et filii

filij

ostendit. Hoc hic autem quod filius
nihil habet nisi datum nativitatis filii
ostenditur. Deinde cum dicit. ut omnes
honorificent filium. probat equalitas
patris et filii perfectum. et potest ex ro-
tal. omnibus debetur idem honor
et idem cultus latrie equales sunt
sed patri et filio debetur idem honor
et idem cultus latrie. ergo equales
sunt. Notandum est quod alio modo potest intelli-
gi ista verba. ita quod ostendat equa-
litatem personarum. quando dicit. ut omnes
honorificent filium. sicut honori-
ficant patrem. ostendat indistinctionem
in persona. quando dicit. qui non hono-
rificat filium non honorificat patrem
qui misit illum. Filius .n. missus
originem habet a patre mittente. et di-
stinguitur a persona a quo est. Tercio
Alio modo potest intelligi hoc verbum ut dicatur
de Christo. secundum humanam naturam. nunquam
iudicabitur; filius .n. incarnatus
semetipsum exinanivit formam ser-
vi accipiens. In qua forma
inhonoratus est ab hominibus. et ideo
in eadem forma datum est ei iudicium
ut omnes honorificent. sic honori-
ficant patrem. In iudicio .n. vide-
bunt filium hominis venientem cum po-
testate et maiestate in qua de-
bebitur honor. Apocalipsis. v. dicitur
honor benediccio et claritas sapiencia
et graciarum actio. Deinde cum dicit aliquis
viri sequitur licet consequencia.
Qui non honorificat filium non
honorificat patrem. Dicendum est. secundum
Augustinum. quod aliud est sic quod tibi co-
mendatur deus quia deus est. Et
aliud est quod tibi commendatur deus
quia pater est. quod tibi commendatur
deus quia deus est. commendat tibi
creatorem omnipotentem. Cum autem
commendatur tibi quia pater est commen-
datur quia filium habet. Qui autem in-
honorat deum subtrahendo

sibi virtute generandi. subtrahit
sibi filium. Cum autem innocens dat
virtute filio. quam prius inhonorat
patrem. quasi non potuisset filium
generare sibi equalem. Inhonorat
etiam filium a quo virtute dicuntur
deum tamen dicit. Amen amen dico
vobis. Postquam dictum est quod filius
vivificat. hic ostendit quos
vivificat. Et primo quid ostendit
quos vivificat. 2o quid vivifi-
cat. ibi Amen amen dico vobis
Ostendit ergo primo quos vivificat.
scilicet credentes. et hoc est quod dicit hic
est qui credit habet vitam eternam etc.
Circa autem hanc literam ponit sal-
vator fidei meritum. dicens. Amen
amen. id est vere vere dico vobis quia verbum
meum audit et credit ei qui misit
me. Primo ponit quia per auditum fides
introducitur. unde dicit apostolus. Fi-
des est ex auditu. auditus autem per
verbum Christi. Secundum autem ponit quia fides
deo innititur. et ideo dicit. qui credit
id est qui innititur ei qui misit me.
Potest autem sic construi litera. Qui audit
meum verbum. id est qui audit me verbum
et credit ei. scilicet auctori sui verbi. Secundo circa
idem meritum notandum est quod fides
meritoria est quod quidem primo ostendit mentis
glorificationem. Tota enim mens hominis
glorificanda est. Totum autem glorifican-
dum est glorificari non potest nisi tota
persona gratia. tota ergo mens
glorificanda est. inter quas gratias
prima dicitur esse fidem. 2o hic idem
ostendit mentalem religionem. unde
est. in tota mente est religiosa
ita quod nil ... vel irreligi-
ositatis sit in ea. Sicut tota mens
religiosa est. et oculus mentis re-
ligiosus est. autem religio fides
est. 3o hic idem ostendit mentalem

subiectio. Eodem enim modo tenetur intellectus
humanus esse subiectus deo. quo tenetur
affectus. et sicut affectus propter ipsum
tenetur dimittere contra seipsum. et ita
intellectus propter ipsum deum tenetur re-
bellare contra operationes suas. Inter opera
autem intellectus solum credere videtur
hoc bellum non habere. quia intellectus statim
acquiescit. Queritur aliquis de hoc
quod dictum est. Credens per meritum fidei. quod scilicet
cum credit in iudicium non veniet.
hoc enim videtur esse contra dictum apostoli. Omnes
nos omnes exhiberi ad tribunal
Christi. Ad hanc questionem respondet Augustinus super
hoc dicens. quod iudicium dicitur duobus
modis. uno enim modo iudicium dicitur pro
pena. et secundum hunc modum dictum est hic
cum credit fide scilicet formata non ve-
niet ad iudicium. id est penam et dampnationem.
Secundum alium modum accipitur iudicium
pro ipsa discretione. qua discernuntur boni
a malis. Hoc est iudicium quo petebat
iudicari David dicens. Iudica me
deus et discerne causam meam de gente non sancta.
Et de hoc iudicio dicit apostolus. Certum est
nos omnes exhiberi ad tribunal Christi.
Deinde addit. Amen amen dico vobis. Post-
quam dictum est qui vivificantur. hic o-
stendit quomodo vivificantur. Et primo quidem
ponit vivificationis horam. 2o ponitur
vivificationis modus. quantum ad horam vivi-
ficationis. dicit Salvator. Amen amen
id est vere vere dico vobis quia venit hora
et nunc est. quasi dicat veniet hora
vivificandi corpora. sed nunc est ista hora
vivificandi mentes. 2o ponit modum
vivificandi. hic autem modus quia obedient
voci dei. et ideo dicit. Quod venit hora quando
mortui id est infideles audient vocem filii
dei et qui audierint id est obedierint
vivent. Circa hoc verbum expressit
credentium. primo notatur operatio virtuosa

qa obediunt voci filij dei. Scdo ex
pte xpi nota devocio grosa. qa
credentibus vitam largitur. Circa pm no
tandu adutendu e. q non xpo o
// Obediunt // bediendu. qa ipa contínebat virtu
tem exemplorum. de ca. n. dicitur. vox
domini in virtute. 2o. n. qtinebat virtu
te exemplorum. de ca. n. dicitur. vox
dni in virtute. 2o. n. qtinebat virtu
tem miraculorum. pm. vox dni in
magnificencia. 3o continebat v
tute humiliatorem superborum. pm. vox
dni confringentis cedros. 4to q
tinebat inflamatorem aiorum. vox
dni intercidentis flamam ignis. 5to
continebat fecundatorem mitorum. ps
vox dei concucientis desertum. q. des
tu concutitur dum stile vitium expellitur
et animus virtutibus fecundatur. vltio
vox xpi continebat revellatorem se
cretorum. ps vox domini preparantis ceruos
et contemplatores. et revelabit q densa
sa. Secundo xpi donavit grosa. qd dicitur
vincet. nichil. n. grosius. vita et
na. quia si perpenseris. pmo quid excludit
excludit. n. omnem modum mortis
et non vocatur vera vita. Illa. n. vera vita
est. que morte excludit. qa viuit
quia tanto vlus est. quanto gracio in
puruptius. vnde Aug. sup Jo. Ipi
hac vita. que non dum est vita tran
situr de morte ad vitam. Si. n. vita
ista esset vera vita. non diceret dominus
tuendum. Si vis ingredi ad vitam. s
rva mandata. Aplus etiam ad Thimo
teum scribens. dicit divitibus. q the
saurisent sibi fundamentum bonorum in
futurum. ut apphendat in vitam vitam
Scdo patet. s. q hec devotio est
si perpensseris quid includit. includ
it. n. visionem et amorem dei
hec est. n. vita eterna. inquit

Saluator. ut cognoscant te solu
deum. et quem misisti ihesum xpm
deinde ad dicitur. sicut. n. pr habet vitam
postquam dictum est q filius habet pom
vivificandi. hic ostenditur q habet vitam
in seipso. Sicut. n. pater habet vitam in
semetipso. sic et filius. Ad eundem
huius hoc hic notandum est. q aliud
est habere vitam in semetipso. et aliud
est habere vitam a semetipso. habere. n. vitam
in semetipso. idem est q habere vitam
per essenciam. et non participatione. Et ergo
filius habeat vitam per essenciam et
non participatione habet vitam in semetipso
Eadem. n. est essencia patris et filij
et non sicut pr per essenciam habet vitam
in semetipso. ita et filius. habere
aut vitam a semetipso. idem est q
participare a seipso. qd non pt quere
filio. qa nullius intellectus capit q
aliquis participet seipsum. Et filius
per generacionem vitam habet a patre. vnde in l a
Si pr habet vitam in semetipso. sic
dedit et filio vitam habere. in semetipso
filius. n. sicut dicitur hylarius nichil
habet nisi natum. et Aug. sup Jo. pe
generando dedit filio ut esset vita
in semetipso. ut non aliunde vita
indigeret. sed ipse esset plenitudo
vite. Notandum est q dicitur est vite
vita filij dei. et vita nam. prima
n. est vita essencialis. nos aut
participatione. et non debemus vivere
in nobis. sed in xpo. Aplus vivo
aut iam non ego vivit aut in me
xpus. Notandum est q xpus
dicens. Sicut pr vitam habet in semet
ipso est primo destruit errorem
arrij. qui ponebat filium esse
minorem patre. Si. n. filius habet
vitam in semetipso. sicut et pr
est equalis patri. Scdo destruit

errorem illorum qui negabant
filii coeternitatem. Si enim filius
non fuit eternus aliquando fuit quando non
fuit vivens. Secundo ergo filius sit
vita procreata. quia habet vitam in
semetipso. sicut et pater. Et coeternus
patri. Tercio destruit errorem Sa-
belli negantis distinctionem perso-
narum. et hoc quando dicit. quod pater
dedit filio vitam habere in semetipso
quam in se possidet. Non quod alius est qui
dedit. et alius est qui accipit.

Et potestatem dedit ei iudicium
facere. postquam dictum est
quod opus habet virtute operan-
di et mente vivificandi. Hic
ostendit quod habet potestatem corpora suscitandi
et primo quidem hic ostendit.
Secundo ostendit quod istam potestatem non habet
a seipso. ibi. Non possum ego. Pa-
ris. quia primo opus ostendit se
habere auctoritatem iudicandi. Secundo
ostendit se habere potestatem suscitandi
ibi. Nolite mirari. Hoc primo loquitur
ergo opus de auctoritate iudicandi sibi
a patre collata dicens. Et potestatem
dedit ei scilicet pater iudicium facere quia filius
hominis est. Secundo queritur quia Christo est
collatum facere iudicium secundum humanam
naturam. Augustinus dicendum est quod hoc fit tum
et ad ostendendum quod in mitiori opus nobis
pro humilitate passionis remunerationem
gloriam exaltationis. Sic ergo iudica-
tus est in forma humana. Ita in eadem
iudicabit. Vide Augustinum de verbo domini
conforma domini hic sententia est
conforma illa iudicabit in qua iudi-
cata est. sedebit iudex qui stetit
sub iudice. dampnabit veros
reos. qui falso factus est reus. Secundo
hoc factum est ad ostendendum communem
iudicium. In iudicio enim sunt communiter
boni et mali. Videre autem est. ut

in die dei videat iudicem. mali autem
iudicem iudicem non poterunt. secundum divinitatem
restat ergo quod videat secundum humanitatem
visio enim divinitatis solis bonis servatur
quia beati mundo corde. quoniam ipsi deum vide-
bunt. deinde cum addit. Nolite mirari hoc
postquam dictum est de auctoritate iudicandi de
hic agitur de potestate suscitandi. Et primo
quid hoc agitur. et hoc agitur de equalitate
iudicii. quia equalitas erit in ione
corporum. ibi. Et procedent. Primo ergo agitur
de potestate iudicis ad suscitandum corpora
et continue sic littera. Ita dictum est quod
filius hominis iudicabit. Sed hoc nolite
mirari. quia maiorem potestatem contulit
ei. scilicet resuscitandi mortuos. quia venit
hora. scilicet novissima. in qua scilicet homines
qui in monumentis sunt audient vocem
filii dei. ad quam scilicet vocem suscitabuntur
Queret aliquis de hora iudicii. que
hora erit illa. Dicendum est quod aliqui di-
cunt quod media nocte venturus est
iudex. Augustinus dicit. quod media nocte
nox ibi non accipitur de hora temporis. sed
pro occultatione facti. Tunc enim non venient
ad non spatium. Io. enim dicitur venies media
nocte. quia valde obscurum et occultum
est quando veniat. dies enim domini sicut
fur in nocte ita veniet. Cassiodorus
iudicem super psalmum videtur dicere. quod hoc erit
in media nocte. dicens. quod media
primogenita egipti. percussa sunt. quo
tales sponsus venturus est. Secundo queret
aliquis de voce illa. de qua in textu
audient vocem filii dei que est et qualis
erit. Dicendum est quod apostolus dicit quod archangeli
a Christo. qui est princeps angelorum. ut
hec vox erit aliquod evidens et preclarum
signum. quod vox archangeli. et tuba dei
ab apostolo dicitur. Et in evangelio vox
filii dei. et clamor appellatur. que quidem
vox habebit virtutem ex divinitate Christi
ipsius dabit voci sue vocare virtutem

Tuo quereret aliquis. de hoc quod dicit
aug(ustinus) super Jo(hannem) in exposicione huius ubi
quod xpus. s(cilicet) quod deus resuscitat animas
ho(min)o aut(em) corpus sit per ubum caro factu(m)
Si. n(on) hoc intelligitur. de ea prime
resurrecc(i)o(ni)s. ctiam quod deus est ea p(ri)a
xita xpus s(ecundu)m quod deus est ea resur
49 rectio(n)s. Sicut dicitur ea nitoria sic
xpus nob(is) meruit resurrecc(i)o(ne)m corp(orum)
ita nob(is) meruit resurrecc(i)o(ne)m a(n)i(m)a(rum)
s(ecundu)m h(oc) aut(em) est ea utriusq(ue) resurreccio(n)is
ho(min)o go aug(ustinus) plus dicit debuit de va
resurreccione qua de alia. d(omi)n(u)m est q(uod)
xpus est nita eternali. ut in detru(m)
est Joh(annes) xiiij(o). Ego sum via nitas et uita
(et)c. est uita talitat(is) reproductio. et h(ec)
inquiunt deus. Jo vj(o) Ego sum panis
nite. 3(o) est uita claritat(is) et imita(n)ue
et s(ecundu)m hoc resurreccio nra conformat(ur)
resurreccioni xpi. Resurreccio n(on) corpu(m)
ex hoc eciam. q(ui)a corpa nra confor
mabuntur corpi claritat(is) xpi ad
phil. iij(o). reformabit corpus
claritat(is) humilitat(is) nre configuratu(m)
corpi claritat(is) sue. et s(ecundu)m hoc d(icit)
Aug(ustinus) resurreccio(ne)m fieri corpu(m) fieri per
ubum carne factum. Notandu(m) est q(uod)
s(ecundu)m quam ista lit(er)a Et potestatem dedit
ei iudiciu(m) facere. q(ui)a filius est nolite
mirari. ponit quedam dubitacio(ne)m
ista punctuacio(ne) p(ri)mo post dinacio(ne)m potestat(is)
iudicaricem. q(ua)n(do) d(icitu)r. Et potestatem dedit
ei iudicium facere. v(e)l pater genuit filiu(m)
et eo g(e)n(er)e quo genuit eu(m) iudicem
om(niu)m. Deinde cu(m) d(icitu)r. q(ui)a filius ho(minis) est
nolite mirari. po(nitu)r queda(m) dubitacio
dicendo est quod xpus h(abe)t potestatem iudi(can)di
ho(min)is aut(em) pro aliquis admirari. quo
filius ho(minis) potestatem h(abe)t iudi(can)di. Tercio
excludit ista dubitacio(ne)m qu(a)n(do) dicitur
q(ui)a nenit hora. Et tunc est sensus lit(er)e
nolite mirari de potestate xpi. quia
filius ho(minis) est. et ad hoc. n(on) q(ui)a est filius
ho(minis). est eciam filius dei. ideo aut(em) sit

filius dei. p(er) p(ro)p(ri)e effectus. q(ui)a ad vocem
eius suscitabunt omnes mortui. lz
aut(em) hoc p(ro)p(ri)o quod xpus est filius dei
no(n) ponatur in lit(er)a. tn(men) subintelligit(ur)
in effectu. q(ui)a ad vocem eius suscita
buntur omnes. Deinde cu(m) dicit. Et pro
cedent qui bona fecerunt. p(o)stqua(m)
dictu(m) est de iudicaria potestate. hic d(icitu)r
de iudicij equalitate. Ostenditur aut(em)
hec equalitas ex p(ro)p(ri)o(n)e que est int(er)
meritu(m) et premiu(m) bonoru(m). de q(ua) p(ro)ponc(io)
d(icitu)r lit(er)a. Et procedent qui bona fecerunt
in re(surrectionem) nite. Sicut n(on) dicat eciam qui bona
fecerunt tam(en) meritu(m). q(ua)n(do) dicit in re(surrectionem)
nite. tam(en) premiu(m). Sec(un)do hec p(ro)p(ri)o consistit
int(er) malor(um) demeritu(m). et cor(um) supliciu(m)
de qua p(ro)p(ri)oe d(icitu)r in lit(er)a. eciam qui mala
egerunt. in resurreccio(ne)m iudicij. Accip(itu)r
hic iudiciu(m) p(ro) pena et dampnacione
Et procedent qui bo(n)a fecerunt in resu
reccio(ne)m nite. In ubi(s) istis duo tangu(n)t(ur)
que respiciunt quel(ibet) iustu(m) morientem
vnu(m) respiciat iustu(m) p(er) modu(m) meriti
2(m) aut(em) p(er) modu(m) premij. p(ri)mo. n(on) ta(ngitur)
p(ro)p(ri)o iustoru(m) nita g(r)ossa. cu(m) dicit
qui bona fecerunt. Sec(un)do tangi(tur) eoru(m)
iustoru(m) hereditas gloriosa. qu(a)n(do) d(icitu)r. pro
cedent in resurreccio(ne)m nite. Deinde cu(m) d(icit)
Non possu(m) ego. p(o)stqua(m) dictu(m) est d(e) p(otes)t(at)e xpi
de potestate iudi(can)di. et suscitandi. hic
o(stend)it. quod hanc potestatem a seipso no(n) h(abe)t
et tria facit. q(ui)a p(ri)mo ostendit. q(uod) a patre
h(abe)t po(tes)t(at)em. 2(o) q(uod) a patre h(abe)t sci(enci)am. tercio
ostendit quod suu(m) iudiciu(m) equissimu(m)
est. 2(a) ibi. Non possum ego. 3(a) ibi. Et
iudiciu(m) meu(m). Circa ad p(ri)m(u)m notand(um)
est. quod hec lit(er)a p(otes)t duob(us) mo(dis) legi
vno mo(do) ut referat(ur) ad xpm. s(ecundu)m est filius
ho(minis). et tunc ita continuet(ur) lit(er)a. Tu
dix(ist)i quod tu habes potestatem suscitandi
mortuos. q(ui)a filius ho(minis) es. unq(uam)
hoc inest tibi ex te. Rndit Salvator
quod non dicitis. non possum a meipso fa
cere quicqua(m). Alio mo(do) p(otes)t hec lit(er)a legi
ut referat(ur) ad xpm. 2(m) diuina(m) na(turam)

ita quod manifestet originem suae potentiae
ubi advertendum quod sicut in filio idem
esse et posse et facere. Et quia ita est, ideo
quod dicat filius non possum ego facere
quicquam. Ac si diceret a patre habeo
quod facere possim. Deinde addit. Sed
sicut audio. per quam dictionem quod de
originem potentiae. Sequitur dicta de origine
sapientiae. Ad cuius evidentiam notandum quod
hoc verbum potest referri ad Christum secundum divinam
naturam eidem idem quod esse et audire
et videre. Ab illo ergo inest ei audire
et videre a quo illi inest esse. Et ideo dicit
Et sicut audio iudico. i. sicut
scio iudico. Filio enim audire idem quod
cum a patre plenitudinem sapientiae recipere
Ac si ergo dicat Christus. Iudicium meum
rectissimum est quia procedit a pleni
tudine sapientiae quam a patre recepi.
A patre enim audivi dicentem Ego hodie genui te
potest etiam haec referri ad Christum secundum humanam
naturam. humana enim natura in Christo unita est divini
tati. unde in hac unitate quod a deo re
cipit. Et ideo dicit Salomon. Sicut audio
hominibus communitatem et recipiendo. ita
iudico. Deinde addit. Et iudicium
meum probat Christus iudicium suum esse
equissimum et iustissimum. Ad cuius
evidentiam notandum quod iudicium
Christi dicit fuisse equum et iustum. probat
duobus modis et duabus rationibus
prima ratio potest esse talis. Illud iudi
cium est iustissimum quod procedit ex
scientia certissima et infallibili. ergo est
certissimum. et secundum hanc rationem haec
potest continuari ad praecedentem. Ac si
dicat Christus. Sicut audio iudico
Audiendo autem recipio scientiam certi
ssimam et infallibilem. Et ideo iudi
cium meum iustum est quia sequitur scientiam
infallibilem quae mentiri non potest
Secunda ratio ad probandum iudicium
esse iustum potest esse talis. Ille iudex
est iustissimus in iudicando qui
in iudicando conformat se regulae

divinae. quia non quaerebat voluntatem suam
sed patris. ergo. Sed Christus in iudicando
conformat se regulae divinae. quia non
quaerebat voluntatem suam sed patris. ergo
est iudex iustus. Et hanc rationem ostendit
Christus in littera quod dicit. Et iudicium
meum iustum est. quia non quaero voluntatem
meam. sed voluntatem eius qui misit
me patris. Et notandum quod Christus secundum
divinam naturam voluntatem habuit a patre
immo eadem voluntas est patris et filii
Secundum autem humanam naturam voluntas eius
fuit conformis voluntati patris. ex quo
sequitur quod in suo iudicio errare non potuit
Si ego testimonium perhibeo de me
ipso. Postquam ponitur quod de
doctrina. hic ponitur confir
matio eiusdem. et multiplex testimonium
Et primo quod multiplex testimonium ad
ducitur. 2o caecitas iudeorum reprehenditur
ibi. Sed cognovi vos. Primo in iiiior
sunt quadruplex testimonium. primo enim
ponitur testimonium Iohannis. 2o testimonium operum
ibi. Ego autem testimonium habeo. 3o testi
monium patris. ibi. Et qui misit me
pater. 4to testimonium scripturarum. ibi. Scru
tamini scripturas. Primo ergo ponitur testimonium
Iohannis. Et dividitur haec pars in duas partes. quia primo
introducitur necessitas introducendi te
stimonium. 2o introducitur ipsum testimonium
ibi. Alius est. Ad evidentiam primi
notandum. quod Christo pro doctrina non
fuit necesse absolute inducere testimonia
aliorum. sed propter incredulitatem iudeorum
qui non suscipiebant testimonium. Et ideo Christus
dicit. Si ego testimonium perhibeo de me
ipso. testimonium meum non est verum. Quasi dice
ret aliquis cum Christus sit ipsa veritas
quae mentiri non potest. quomodo potest dicere quod
testimonium suum non est verum. Dicendum quod
testimonium esse verum potest intelligi duobus
modis. uno modo in se. et testimonium Christi fuit
verissimum. alio modo in reputatione iudeorum
Et loquitur hic Christus. ut sensus

lic. Si ego testimonium perhibeo de me ipso
testimonium meum non est verum. Super hoc re-
putatur contraria. vel dubium est ad hanc
questionem quod Christus loquitur hic secundum quod
homo. sicut dicit glossa. prius locutus est
Christus secundum quod deus. hic loquitur secundum quod homo
et tunc est sensus. Si ego. scilicet inquantum homo
testimonium perhibeo de meipso. testimonium
meum non est verum. Nam ubi humanum
nisi a deo fulciatur. et veritate propria illu-
stretur. inclinatur veritatis lib. Ad Ro. iii°
Est autem deus verax. omnis autem
homo mendax. Deinde cum dicit. Alius est
inducit testimonium Iohannis. Ad cuius evidenti-
am notandum est quod hec littera duobus modis potest
introduci. Uno modo ut hic. quod dicitur. Alius
referatur ad patrem. et tunc est sensus lic.
testimonium meum. scilicet inquantum sum homo
non est efficax. Sed alius. scilicet pater qui
testimonium perhibet de me. et testimonium
eius est verum. Sensus ideo est quia pater est deus
deus autem lux est. et veritas. et tene-
bre mendacii in eo non sunt ulle. At
si dicat Christus testimonium meum nunquam
sit deus verum est quia deum sed ad pre-
cium testimonium misimus est. Alio modo potest
introduci hec littera ut hic quod dicitur
Alius referatur ad Iohannem. et tunc hec pre-
dicuntur. primo quia primo testis in-
troducitur. secundo testis commendatur. ibi. Ego
autem non ab homine. primo ergo testis intro-
ducitur. quod salvator dicit. alius
est. scilicet Iohannes qui perhibet testimonium de me.
Deinde cum dicit. Et scio commendat ipsum
testem. et primo quantum a veritate. secundo
ab auctoritate. ibi. Vos misistis
ad Iohannem. primo ergo commendat a veri-
tate dicens. Et scio. id est pro certo experi-
or. quia testimonium eius scilicet Iohannis est verum.
Notandum est quod testimonium Iohannis fuit
testimonium divinum. unde sequitur. testimonium
Iohannis testimonium dei erat. ab illo enim

dictus dixit. quod dixit. et quia
fuit testimonium divinum. ideo fuit verum. Sed
enim homo per se consideratus sit mendax.
tamen homo a deo illustratus verum dicere
potest. Secundo testimonium Iohannis fuit testimonium
salutiferum. Luc. primo. preibis ante
faciem domini parare vias eius
ad dandam scientiam salutis plebi eius.
Ex quo certum est quod testimonium Iohannis fuit
verum. quia testimonium mendax non est
salutiferum. Tertio testimonium Iohannis fuit
ordinatum. quia non sibi. sed veritati
testimonium perhibuit. Amicus enim
sponsi non (?) de se. quia in se sistens
sed de sponso testificatus est. Ex quo certum
sequitur. quod testimonium Iohannis fuit verum quia
de veritate. Deinde cum dicit. Vos
misistis ad Iohannem. commendat Iohannem
ab auctoritate. quasi dicat salvator
Iohannis tante auctoritatis fuit quod
vos misistis ad eum. et ipse testimonium
perhibuit veritati. id est michi. qui sum veritas.
quod isti miserunt ad Iohannem. patet
ex hiis que dicta sunt. supra ubi
dictum fuit. quod miserunt pharisei
ab Ierosolimis sacerdotes et levitas ad
Iohannem. etc. Iohannes testimonium perhibuit
veritati. patet quia confessus est et non
negavit. Deinde cum dicit. Ego
autem. reddit rationem inducti testimonii
et dicuntur hec per modum. primo quia primo
reddit predictam rationem. secundo commendatur
ydoneitas testis. ibi. Ille erat lu-
cerna. primo ergo induxit Christus eum
testificatorem quo fuit. ut in dicto Christo
credentes salvificentur. et hoc est
quod dixit Christus ipse. Ego autem
non ab homine testimonium accipio. sed
propter me. sed hoc dico ut vos salvi
sitis. id est hoc testimonium ad salutem
vestram ordinatur. Vere enim deus

omnes homines salvos fieri. Crederent aliquis de hominibus quod dicit. Sequitur xpi. Ego autem testimonium non ab homine accipio. Actuum primo. vos eritis mihi testes in Judea. Secundum quod dictum est xpus videtur ab homine testimonium accipere. Ad hanc questionem dicendum est quod xpus ab homine testimonium non accipit. in quantum homo est. sed in quantum a deo illustratus. vel dicendum est sicut iam dictum est. quod xpus non recipit testimonium ab homine propter se sed propter vos. ut salvi sitis. Decimo nono dicit. Ille erat lucerna ardens. Commendat salvator beatum Johannem. Et primo quidem commendat Johannis perfectionem. 2o innuit Judeorum imperfectionem. ibi. vos autem voluistis. Primo ergo commendat Johannem. Et primo quidem commendat ipsum quantum ad nature conditionem. Ille erat lucerna. 2o quantum ad perfectionem affectus. cum dicitur ardens. 3o quantum ad perfectionem intellectus. cum dicitur lucens. Primo ergo commendatur quantum ad conditionem nature cum dicitur. lucerna. De ratione enim lucerne est quod de se non luceat. xpus ergo ostendendo Johannem lucernam ostendit quod non ex se lucem habeat. sed a spiritu sancto gratiam. Fuit autem Johannes lucerna. In lucerna enim recipitur lumen et Johannes recepit lumen gratie in sua sanctificatione. Secundo in lucerna lumen acceptum nutritur. Et Johannes lumen gratie nutrivit perfectissima qu[...]sione. 3o ex lucerna lumen diffunditur. Et Johannes lumen diffundebat in sua predicatione. 4to in lucerna diffunditur. Et Johannes per lumen veritatis diffusionem mortuus est. Dicitur autem Johannes lucerna ardens et lucens. ubi primo attendendum est ordo. quia ardor premittitur luci. per ardorem enim caritatis pervenitur ad lucem veritatis. Infra. Si quis diligit me sermonem meum servabit. et ad eum veniemus etc. Et Ecclesiastici 2o. Qui timetis deum diligite illum. et illuminabuntur corda vestra. Secundo attendendum est. quod iungitur ardor ad splendorem. ad designandum perfectionem mentalem. Unde Johannes splendor enim per scientiam patet. ardor autem per caritatem magnum est. Splendor et ardor perfectum est. Tertio attendendum est. quod Johannes dicitur ardens. Sicut enim ignis est sursum ductivus. sic caritas Johannis continue eum sursum ducebat. et deo coniungebat. Quarto attendendum quod Johannes dicitur lucens. lucebat enim primo interius per veritatis cognitionem. Isa. lxiii°. implebit animam tuam. Secundo lucebat exterius per bonorum operum manifestationem. Matthei v. Sic luceat lux vestra coram hominibus. vel lucebat interius per conscientiam. exterius autem per famam. sine quibus duobus perfectio non potest esse. Conscientia enim tibi sed fama proximo prodest. Decimo octavo dicit. vos autem voluistis. Posita Johannis perfectione. hic ponitur Judeorum imperfectio et instabilitas. In hac autem notatur instabilitas cordis. quia cum exultassent in luce Johannis. ad horam tamen exultaverunt. Tertio dicit littera. vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. id est voluistis credere in luce veritatis quam ipse nunciavit. in dulcia vita et penitentia permansistis. Decimo octavo dicit. Ego autem. Postquam xpus fecit mentionem de testimonio operum. Et duo facit. quia primo comparat testimonium operum ad testimonium Johannis. Secundum maioritatem dicens. Ego autem testimonium habeo maius Johanne. 2o facit ipsum

testimonium dicens. opera .n. que dedit
michi pater ut perficiam ea. quatenus. filius
.n. dei perficiam ea quatenus accepit a
patre posse operari. et perfecte operari
et ideo dicit. opera que dedit michi pater
.i. virtutem operandi. quam dedit michi pater
ut perficiam ea .i. perfecte ex virtute
propria faciam. hec opera. hec inquam
opera testimonium perhibent de me. quia
pater me misit. Notandum est quod christus
opera miraculosa faciebat in virtute
propria. Alij autem sancti miracula fa-
ciebant in virtute aliena. unde pe-
trus dicebat Act. iiiº. In nomine
ihesu christi naz. tibi dico. surge. Et
quia christus faciebat miracula
in virtute propria. ideo dicit perfecisse
.i. perfecte fecisse opera. Secundum cum
dicit. Et qui misit me pater. ponit
christus tercium testimonium. Et duo
facit. quia primo quidem ponit testi-
monium. 2º ostendit quod non sunt
capaces huius dei testimonii. ibi. Neque
vocem eius audistis. Circa primum ergo ad
primum dicitur. Et qui misit me pater
.i. qui me visibilem corporis oculis
hominum exhibuit. ipse testimonium per-
hibet de me. Notandum est quod pater
testimonium exhibuit filio in iorda-
no quando baptizatus est. et in monte quando
transfiguratus est dicens. hic est
filius meus dilectus in quo michi
complacui. et de hoc testimonio
dicit salvator. hic. Et ipse testimonium
perhibet de me. Secundum ad dicit. neque
vocem eius umquam audistis. ostendit
christus quod huius dei testimonii capa-
ces non sunt. et patet quod vos sua verba
[illegible] christo non creditis. perfecte
non capitis vocem patris testificantis
sed vos iudei christo non creditis. ergo

non capitis vocem patris testificantis
et hoc est quod dicit christus iudeis
neque vocem eius .s. patris umquam
audistis. i. vocem patris non obedistis
qua dixit. hic est filius meus di-
lectus. neque speciem eius .i. divinitatem
eius vidistis per apertam visionem
Et verbum eius .s. intus inspiratum
non habetis in vobis manens quod patet
ex hoc. quia vos non creditis huic
quem ille .s. pater misit. Notandum
est primo. quod hec ratio posset ali-
ter formari. [illegible] non habet verbum
inspiratum intus manens. non perfecte
audit vocem patris. Notabiliter autem
dicit manens. Illi .n. singulari-
ter verbum in se manens. qui per inter-
nam inspirationem tamquam quasi foris ma-
nentem perducuntur ad veram et naturalem
verbi cognitionem. ut .s. in ipsum verbum
credant. Et ideo dicit salvator
quod illi non habent verbum in se ma-
nens. qui in filium non credunt
Secundo notandum est. secundum Alcuinum quod
iudei vocem patris spiritualem non au-
dierunt quia cum mandatis et preceptis
eius obedire nolebant. speciem etiam
eius non viderunt. quia deus exterio-
ribus oculis videri non potest. sed fide
et dilectione. Tercio notandum est. quod per
literam istam tangitur triplex modus quo
aliquid a deo revelatur alicui. primus
modus est per vocem corporalem. et hic modus
tangitur quando dicitur. neque vocem eius audistis
de hac voce. prima petri 1º. voce
dilapsa etc. Secundus modus est per
visionem corporalem divine. et hic modus
tangitur quando dicitur in litera. neque speciem
eius vidistis. species .n. divina in
via non videtur. quia sicut dicit apostolus
prima ad cor. Cum enim sumus in cor-
pore peregrinamur a domino. 3º modus est per
internam inspirationem sive per verbum

inspiratum. Et de hoc dicitur hic
Et verbum eius non habetis in
vobis manens. ubi notandum quod
secundum Alexandrum de ales quidam verbum
audiunt. Auditum autem in memo
ria tenent et opere complent
et hii habent verbum dei manens
Quidam autem verbum dei audiunt
quidam autem audiunt. non memoria
tenent nec opere complent. et hii
non habent verbum dei manens
Secundo ad dicit Scrutamini scrip
turas. ponit christus quartum te
stimonium. scilicet scripturarum. et dicuntur hec
per inuicem per. quia primo christus
inuitat iudeos ad scrutandum
scripturas. Secundo ostendit quod non sunt
capaces fructus. qui latet in
scripturis. ibi. et non vultis venire
ad me. Tertio vero tacite quorum ibi.
Claritatem ab hominibus et cetera. Inui
tat ergo eos primo ad scrutandum
scripturas dicens Scrutamini
scripturas et cetera. quasi dicat. Scripturis
putatis habere vitam eternam. Hoc est
decepti. quia precepta scripture
vitam vitalia sunt inquantum ad
me ducunt. Ille enim scripture sunt que
testimonium perhibent de me. Nota
quod circa hec licitum quod notanter
dicit christus Scrutamini scriptu
ras. Cum non quod secundum expositionem quod
christus latet in scripturis. Et ea
que dicuntur de christo in scripturis
desuper obumbrantur. et in super
ficie non exprimuntur. et ideo christus
est quidam thesaurus in scripturis
absconditus. Secundo notandum quod scrip
ture multis modis testimonium perhi
bent de christo. Aliquando enim perhi
bent testimonium aperte in prophetiis
sicut ibi. prophetam suscitabit

vobis dominus. et ibi. non auferetur scep
trum de iuda. aliud perhibent testi
monium operibus prophetarum. vnde christus
assimilatur sed in manibus prophetarum
Aliquando perhibent testimonium figuris
et sacramentis. sicut patet de immo
latione agni veri. Secundo ad dicit
Et non vultis venire ad me. ut et
nam vitam habeatis. Ostenditur quod iudei
non capiebant fructum qui latebat
in scripturis. vita ibi latet. quia christus
sed vera vitas et vita. et vos non
vultis venire ad me. scilicet credendo. ut
vitam habeatis. venire enim et accedere
idem est hic. quod accedere iuxta illud
psalmi Accedite ad eum et illuminamini. Nota
quod quod veniendum est ad christum et per christum
et post christum. veniendum est ad christum pre
dicante. Secundum illud venite ad
me omnes qui laboratis. Secundo
credendum post christum conuersante humi
liter. per abnegationem semper ipsius. vnde
ait saluator Si quis vult venire post
me abneget semetipsum. Tertio insi
nuandum quod per christum tanquam per viam per
ducentem ad vitam eternam. christus enim
est via per quam itur. Secundo ad dicit
Claritatem ab hominibus non accipio
vero alius tacite quorum. siue tacite
suspicionem. Supple enim christus meminit
testimonium Iohannis de se. et operum suorum
ex quo probabiliter quasi. ut dicit Crisostomus
aliquos suspicari. quod ipse hoc dicat
gloriam hominum. querens. omnibus
obuians Saluator dicit Claritatem
ab hominibus non accipio. id est non sufficit
mihi. ut gloriam hominum indigeam
Sicut enim sol a luna lucem non recipit
ad dandum. multo magis ego qua gloria non indi
geo ut claritatem ab hominibus ideo accipio. id est
laudem humanam non quero. quare non veni ut
accipiam ab hominibus honorem carnalem
sed ut darem eis spiritualem et cetera

Sed cognovi vos. Postquam Christus ostendit se missum a Deo per multiplex testimonium, hic redarguit Iudeorum incredulitatem. Ubi advertendum est quod Iudei oculum mentis clauserant veritati. Hec autem clausura contingebat ex defectu vere dilectionis, de quo defectu dicitur in primo. 2o contingebat ex desiderio falsi honoris, ubi: Quomodo vos potestis credere. 3o contingebat ex defectu timoris, ubi: Nolite putare. Primo ergo ostendit Christus quod in Iudeis deficiebat vera dilectio. Et primo quidem ponit intentum suum. 2o illud probat per signum, ubi: Ego veni. Continuatio ad precedentia. Dicit Christus: Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ac si dicat: A vobis non quero, sed condoleo vobis errantibus, volens vos reducere ad viam veritatis; oculum mentis veritati clauditis, quia ipsam veritatem odientes. Si queratur aliquis utrum ipsa veritas possit odiri, videtur quod non, quia per se bonum odiri non potest. Veritas autem per se est et per se bonum, ergo odiri non potest. Dicendum quod veritas prima sive ipse Deus tribus modis considerari potest: vel secundum se, vel secundum effectus suos, vel secundum aliquem effectum in speciali. Si primo modo consideretur, sic odiri non potest. Si et 2o modo consideretur, scilicet omnis effectus, sic etiam odiri non potest, quia impossibile est quod aliquis habeat odium omnis boni, quin ad minus esse et vivere diligat. Si autem tertio modo consideretur, scilicet quantum ad effectum in speciali, puta penam et aliud huiusmodi, sic est possibile quod veritas habeatur odio, inquantum scilicet talis effectus contrariatur appetitui alicuius. Deinde cum dicit: Ego veni, probat per signum quod Iudei non habeant veram dilectionem. Et patet ratio sua esse talis: Qui habet veram dilectionem Dei accipit illum quem Deus mittit. Vos autem non accipitis illum quem pater mittit. Ego enim veni in

nomine patris mei, id est ad manifestandum nomen patris mei, et non accepistis me. Si alius, scilicet antichristus, advenerit in nomine suo, illum accipietis. Ergo non habetis veram dilectionem Dei. Notandum est quod Christus dicit se venisse ad manifestandum nomen patris, unde infra xvii: Pater, manifestavi nomen tuum hominibus. Ratio autem huius est quod per incarnationem Deus notus erat ante adventum, secundum illud psalmi: Notus in Iudea Deus. Ad incarnationem pater naturalis filii non erat notus. Unde Salomon querebat Proverbiorum xxx: Quod nomen eius et quod nomen filii eius, si nosti? Secundo notandum est quod antichristus dicitur esse venturus in nomine suo et non in nomine patris. Cuius ratio est quia non queret gloriam patris sed suam. Et ea que faciet non sibi sed patri attribuet, sicut 2 ad Thessalonicenses: extollitur et adversatur super omne quod dicitur Deus aut quod colitur. Et non sine gloria, quod quia Iudei noluerunt recipere Christum propter peccatum, huiusmodi dicis congruit ut recipiant antichristum, ut qui noluerunt credere veritati credant mendacio. Deinde cum dicit: Quomodo vos potestis credere, ostendit Christus quod Iudei clauserant oculum veritati, et hec clausura contingebat ex hoc quod querebant propriam honorem. Et potest esse ratio talis: Qui querunt propriam gloriam et non Dei, claudit oculum veritati, quia gloria propria excecat hominem. Iudei querebant gloriam propriam, etc. Et hoc est quod dicit: Quomodo vos potestis credere, scilicet veritati, qui gloriam ad invicem accipitis, id est qui queritis gloriam hominum, et gloriam que a solo Deo est non queritis. Notandum est quod Iudei ex hoc quod querebant propriam gloriam in gloriam ignominiam reputabant in Christum credere, qui abiectus et pauper videbatur. Notandum est quod veritas aliquis impugnat multis modis et tamen non recipit. Primo quidem propter naturam dissimilitudinis; simile enim salvat suum simile et impugnat suum dissimile. Veritas autem et vanitas opponuntur, et ideo homo vanus hominem verum et virtuosum impugnat, unde in Sapientia dicitur de homine vero

gravius et nobis ad intendendum · et 3 viii
malorum. Secundo oditur lux et veritas
christi nam manifestatorum ita qui male
agit odit lucem · 3o oculus lippus et
infirmus lucem odit · quia non potest portare
eius reverberacionem · et hoc modo iudei
habentes oculum lippum · quia non poterant
aspicere nisi gloriam corporalem · non poterant
portare veritatem · que manifestabat gloriam
christi · Hoc eciam modo omnes iniqui veritatem
odiunt · Secundo cum dicit Nolite putare
ostendit christus quod iudei claudicant
oculum veritati · et hoc oriebatur ex de-
fectu timoris · non enim timebant Moy-
sen qui eos accusabat · cum tamen e contra
contrarium · Dominus autem hec ? in d.
p. quia christus primo excludit quandam
opinatam · 2o concludit quandam veritatem ibi
Est qui accusat vos · Excludit ergo
christus primo quandam opinionem dicens · No-
lite putare · id est opinari quia accusaturus
sim vos apud patrem · Notandum est quod
christus in primo adventu venit ad li-
berandum et non ad condempnandum · sanguis
enim suus clamat remissionem · et non con-
dempnacionem · Ad hebr. xii°. Habetis san-
guinem christi melius loquentem quam
Abel · quia s. abel clamat vindictam
Sanguis autem christi clamat veniam
christus autem in secundo adventu veniet
ut iudex · quia pater omne iudicium dedit
filio · et non ut accusator · Et io dicit
Nolite putare · Secundo cum dicit Est qui
accusat vos concludit quandam veritatem scilicet
quod Moyses accusabit eos · Et primo quid
hoc concludit dicens · Est Moyses
qui accusat vos · in quo vos speratis
i. creditis per precepta eius habere vitam
eternam · Secundo ponit racionem accusacionis hoc
quia si non credebat Moysi · cui si credi-
dissent · credidissent et christo · Et io
dicit in littera · Si crederetis Moysi for-
sitan crederetis et michi quia de me
ille scripsit · Dicit autem forsitan propter
motum liberi arbitrii · cuius est vel-
le et nolle, 3o ponitur signum incredulitatis

iudeorum · Et io dicit christus · Si autem
litteris illius · scilicet Moysi · non creditis quomodo ver-
bis meis credetis · quasi dicat christus · licet sim ma-
ior Moysi secundum veritatem · tamen Moyses ma-
ior me est in reputacione vestra · Si ergo
non creditis Moysi quem reputatis maio-
rem quomodo credetis michi · quem reputatis
minorem · Et si tunc non creditis scriptis
Moysi · quomodo credetis verbis meis cum scriptura
magis videatur obligare quam verba
Fuerit aliquis quomodo Moyses accusabit
iudeos · Dicendum est quod hoc potest intelligi duobus
modis · uno modo sic quod eo ipso quod transgressi sunt man-
data Moysi · accusandi sunt · quia quicumque
in lege peccaverunt per legem peribunt &
transgressio enim legis eos accusabit
Secundo modo sic quia eorum quod christum re-
pulerunt · De quo Moyses scripsit · Et
mandavit recipi dicens · Prophetam
suscitabit vobis deus de fratribus vestris
tamquam me ipsum audietis · Accusandi
sunt eciam quod Moyses et alii sancti prophe-
te habebunt in iudicio · Notandum est
super illo verbo De me ille scripsit · quod secundum
Augustinum contra Faustum · Omne quod
scripsit Moyses de christo est · id est ad christum
omnino pertinet · sive quod eum figuris rerum
gestarum vel dictarum prenunciet · sive
quod eius graciam et gloriam commendet ·

Post hec abiit ihesus trans
mare galilee · Postquam
ostendit se christus dominum accusa-
torem · hic ostendit se esse dominum consum-
matorem corporum in cibo carnali · et hoc
in multitudine panum · 2o ostendit se autem
consummatorem spiritualium in cibo spirituali · ibi
Altera die · Prima in duas · quia primo ponitur eius
miraculi celebritas · 2o ponitur miraculi utilitas
ibi · Illi ergo homines · Prima in tres quia
primo ponitur miraculi precedencia ·
2o ponit veritatem perpetrandi miraculum
ibi Cum sublevasset ihesus oculos · 3o
ponit miraculi magnificenciam · ibi · Dix-
it unus · Prima ubi ponitur miraculi
precedencia · Et dividitur in tres · quia primo
describit multitudo que pascitur · 2o locus
ubi pascitur · ibi Subiit ergo in montem
3o tempus ubi pascitur ibi Erat autem
qu

proximum pascha. Contra primum. primo
ponitur locus ad quem turba sequitur
christum. 2o ostenditur ipsa sequela. ibi
Et sequebatur eum. 3o ratio sequendi
ibi: quia videbant. Circa primum ad
primum dicitur. post hec abiit ihesus
trans mare galilee quod est tiberiadis
ubi notandum est quod hoc mare diversis
nominibus nominatur. quia non hoc mare no
catur proprie. sed vocatur quedam congregatio aquarum
ex fluxu iordanis. Io aliter vocatur
stagnum. luce. v. unde est quod secundum consuetudinem
hebraici sermonis. omnis congregatio aquarum
dicitur mare. dicitur etiam hoc mare mare
galilee propter provinciam in qua est. dicitur
etiam mare tiberiadis ab opido quod est
notatum tiberias. Et est locus quidem
quem quondam edificavit herodes in
honorem tiberii cesaris. dicitur et hoc
mare genezareth. Idem est autem in
greco genezareth quod generans au
ram. quia in illo mari multus ventus ge
nerabatur. 2o notandum est quod mistice lo
quendo per mare designatur seculum turbi
dum. postquam enim christus mare id est mo
rtalitatem adiit nascendo. calcavit
moriendo. transiit resurgendo. secu
te sunt turbe multe. Isa lx. tunc
mirabitur et dilatabitur cor tuum quando conversa
fuerit ad te multitudo maris. Secundum ad dicitur
Et sequebatur eum. fit mencio de se
quela. Sequebatur enim eum multitudo
magna. quia videbant signa que fa
ciebat. Notandum est secundum Crisostomum. quod
ex hoc quod dicitur quod isti sequebantur
propter signa. apte distinguuntur inter
perfectos et imperfectos. Imperfectiores
enim et grossioris mentis existentes
sequebantur christum propter signa. Sapie
ntiores autem causam aut causam alii de
quibus dicitur in matheo xiiii° admirabantur stupe
bant in doctrina eius. Signa enim non
fidelibus. sed infidelibus data sunt.
Tertium ad dicitur Subiit ergo in montem
fit mencio de loco miraculi. unde dicitur

Subiit ergo in montem ihesus id est monte
latenter ascendit. et ibi sedebat
cum discipulis suis. Notandum est quod
congruenter christus relictis turbis
subiit in montem. ut ostendat quod
simplicioribus minora precepta co
mittenda sunt. et maioribus sive per
fectioribus altiora. Congruit etiam
locus montis refectioni spirituali. ut
intelligas quod hec temporalia que in
infimo sunt non reficiunt. ymmo qui
biberit ex hac aqua sitiet iterum.
Spiritualia autem que in supremo sunt
saciant et reficiunt. Secundum cum dicit
Erat autem proximum pascha dies festus
iudeorum. fit mencio de tempore refectio
nis. Bene autem hoc tempus scilicet pascha convenit
refectioni spirituali. quia quicumque panem
divinum ubi corpus et sanguis domini re
fici desiderant. debent spirituale pa
scha facere id est de viciis ad virtutes
transire. Notandum est secundum bedam
quod si quis diligenter consideraverit ve
ritatem euangeliorum cognoscet quod unius anni spa
cium fuit inter decollacionem Iohannis et
passionem domini. Matthei xiiii°. dicitur quod dominus
audita nece Iohannis secessit in desertum
locum. et ibi turbas pavit. Iohannes autem
dicit quod proximum erat pascha iudeorum
quando dominus turbas pavit. ex quo
perfecte aperte monstratur quod in imminente
paschali festivitate decollatus est.
Evoluto autem unius anni spacio. passus
est dominus in eadem festivitate. Tertium cum
dicit Cum sublevasset ergo oculos ihesus
postquam dictum est de precedentibus
miraculum. hic dicitur de necessitate perpe
trandi miraculi. necessitas autem fuit duplex
prima fuit habundancia populi. 2a
fuit defectus sive penuria cibi. de qua
ibi dixit ad philippum. Circa primum ergo
ad primum dicitur Cum sublevasset ergo oculos
ihesus et vidisset quia multitudo magna
veniebat ad eum. ubi enim notatur
primo christi prudencia. et honestas Sub
levavit enim oculos ut distantem

quia oculos non erigebat sicut aliqui et illi qui
sunt prudicti sed pudice sedebat attentus ad dictis
suis. Secundo notatur xpisti pietas. leuauit
enim oculum meum. ubi aduertendum est quod
oculi domini sunt acutissimi in prospiciendo
Ecclesiastici xxiiiio. Omnia uidet oculus
eius. et in prouerbiis xv. In omni loco oculi
domini contemplantur bonos et malos
Secundo oculi domini sunt efficacissimi in di-
iudicando. ad Hebreos iiii. Viuus est
sermo dei et efficax et penetrabilior
omni gladio ancipiti. Omnia autem nuda
sunt et aperta oculis eius. 3o oculi
domini sunt efficacissimi dulcissimi in
misericorditer respiciendo. psalmus Oculi
domini super iustos. et de istis
oculis dicitur hic Cum subleuasset
ergo oculos ihesus. Deinde ad discipulos dixit
ad philippum. postquam dictum est
de multitudine populi. hic dicitur de pe-
cunia cibi. Ubi notandum est quod dominus
supponens penuriam et defectum cibi
querit a philippo modum inueniendi
sufficientem cibum. Et secundum hoc est presens littera duas
partes. quia primo xpistus interrogat
2o philippus respondet ibi Respondit philip-
pus. Prima in duas. quia primo ponitur xpisti
interrogatio. 2o excluditur quedam
dubitatio. ibi. Hoc autem dicebat. Cum
ergo uidisset magnam multitudinem
dixit ad philippum. Unde ememus
panes ut manducent hii. Notandum
est quod in facto xpisti primo possumus aduertere
xpisti humilem conuersacionem. Sic enim humilis
familiariter cum philippo conferebat
xpistus. non aliis se exhibebat superiorem
discipulis. mathei xxiiio vos uocatis
magister et domine. et bene dicitis sum
etenim. Aliquando se exhibebat inferiorem
luce xxiio Ego autem in medio uestrum sum
qui ministrat. Aliquando se exhibebat
equalem. Iohannis xv. Iam non dicam uos
seruos sed amicos. Dans exemplum
prelatis ut se exhibeant superiores in
in corrigendo equales in consolando
inferiores in ministrando et in propria

reputacione. Secundo possumus aduertere in
uerbis xpisti utilem erudicionem. quia
dicit. Unde ememus panes. uolens
nos erudire quod panem spiritualem a nobis
non habemus. et ideo aliunde mendicandus
est. et emendus. panis enim sapiencie
emendus est labore studii. et assidue
oracione. Isaie lvo. Qui non habetis
argentum etc. et iterum. Quare non ap-
penditis argentum uestrum i. eloquenciam
uestram. non in panibus i. pro uerba
sacra que reficit. et laborem uestrum
non in saturitate addiscendo. i. ea que
non saciant. sed magis euacuant. De-
inde dicit. Hoc autem dicebat. Se-
cundo excludit ewangelista quandam dubi-
tacionem. dans est enim quod xpistus interrogauit
posset ergo aliquis credere quod interroga-
sset tamquam ignorans. hoc excludit
ewangelista dicens. Hoc autem dicebat
temptans eum. ipse enim sciebat quid
esset facturus. q. d. hoc non dixit ig-
norans. sed hoc dixit temptans eum
cum ipse sciret quid esset facturus. Dubita-
ret aliquis utrum deus temptet. uidetur
quod non Iacobi primo. Deus enim neminem temp-
tat. unusquisque uero a concupiscentia sua
temptatur. Ad obiectum est. dicendum est ewangeliste
dicendum est quod temptacio ordinatur
ad sumendum experimentum de aliquo
Temptat autem homo. dyabolus. et deus
sed differenter. quia homo temptat ut addi-
scat. non sic autem temptat deus. quia
deus non est ignorans nature. temptat
dyabolus ut decipiat. et secundum tale tempta-
cionem deus neminem temptat. sicut
dicit beatus Iacobus. Tercio temptat deus
et hoc tribus modis. Aliquando temptat
ad ignoranciam comminuendam. et sic
temptauit hic philippum. Temptauit
enim ut declararet ignoranciam philippi
et suam sapienciam demonstraret. Aliquando
temptat ad uirtutem ostendendam. et

temptauit Thobiam. Thobie .xij.o
Quia acceptus eras deo necesse fuit ut
temptatio probaret te. Aliquando temptat
ad virtutem demonstrandam. Gen. xx
ij.o Temptauit deus Abraham. Et sequitur
nunc cognoui .i. cognoscere feci. quod ti
meas deum. Et forte tercio hoc modo
temptator deus hic temptat phi
lippum. Io. vi. temptat ut visio phi
lippi omnibus esset manifesta. Ex
qua visione eius fieret miraculum et
maius appareret. vnde Crisostomus. Si enim
esset factum miraculum tunc non appareret
tunc autem cognouit philippum consi
derata inopia. ut cum eius discat miraculi
magnitudinem. Vnde cum dicat. Respondit ei phi
lippus. post xpisti interrogationem. post
philippi responsio. Et non dicitur in [illegible]. Respondit
ei philippus. ducentorum denariorum etc.
q. d. ducenti denarii non sufficerent quos
etiam non habemus. Per quod notatur xpisti pa
upertas qui nec ducentos denarios
habuit. Notandum secundum glo. quod dece
narios duplicatus significat duplicem
perfectionem. scilicet rationalis scientie. et operationis boni.
Sicut ergo ducenti denarii non sufficiunt
ad refectionem populi. ita hic duplex perfe
ctio non sufficit nisi tercia addatur. scilicet aptitudo
theologice. Licet enim animas per bona op
era purgatas. et per scientias rerum cre
aturarum illuminatas. perducat ad con
summatam plenitudinem perfectionum spiritua
lium. Vnde cum dicat. vnus ex discipulis
eius etc. postquam dictum est de preceden
tibus miraculum. Et de necessitate miraculi
faciendi. hic agitur de integrantibus
miraculum. que sunt quatuor. [illegible] materia miraculi et
de hac in primo discubitus populi. ibi
dixit ergo ihesus. multiplicatio panum
et eis distributio. ibi. Accepit ergo
panes. recollectio fragmentorum. ibi.
ut autem impleti sunt. Ad cuius
primi notandum est quod hanc materiam miraculi
insinuat Andreas dicens. Est

puer vnus hic qui habet quinque panes or
deaceos. et duos pisces. vbi aduertendum
est secundum Crisostomum. quod Andreas sic dicens
ad summum non peruenit. Existimabat
enim quod xpistus non esset facturus maius miraculum
quam Helizeus. qui de .xx.ti panibus
pauit centum homines. Et ideo stetit ad
hoc imperfecte dixit. Sed quid hec
sunt inter tantos. Existimabat quod qui
faciebat miracula de paucioribus pauciora
et de pluribus plura facturus esset. quod
non est verum. Semper enim facilecat de plu
ribus et paucioribus pascere turbas
ducere. aliquis quare hoc miraculum
non est factum ex nichilo. sed de quinque panibus
dicendum est secundum Crisostomum. quod hoc factum est ne
creature viderentur aliene a deo. vnde
Crisostomus. deus materia non indigebat. sed
ne creature a deo ipsius creatura putaretur
ad ostensionem miraculorum. in quo confu
duntur manichei. qui dicunt quod panis
et omnia huiusmodi creata sunt a malo deo. ne
quaquam. enim si creature male fuissent
bonus creator eas multiplicasset. No
tandum est quod hij panes dicuntur fuisse
quinque. in quibus panibus designari
possunt .iiij.or virtutes cardinales et quinta
scilicet virtus caritas. que omnes perficit. Est
enim primus panis prudencie. qui re
ficit manum [illegible] in ceteris cibauit
illos pane vite et intellectus. Secundus panis
est temperancie. qui reficit manum con
cupiscibilem. Et hic est panis vite de quo
.xxxi. Sanitas corporis et anime sobrius
potus. Et .xxxvij.o in multis escis
non deerit infirmitas. Tercius panis est
panis fortitudinis qui roborat manum
[illegible]. hic enim est qui cor hominis confirmat
de hoc Gen. .xviij.o. ponam buccellam
panis et confortetur cor vestrum. Quartus
panis est panis iusticie. que omnes
nos esurire debemus. Matth. v. beati
qui esuriunt et sitiunt iusticiam. quoniam
ipsi saturabuntur. Et nota quod hij iiij.or
panes debent esse in quolibet vere penitenti

pruca .i. pru(denti)a. d(icitu)r ee t(em)p(er)ancia ar-
tens p(ru)da. Justi(ci)a p(ro)uincens p(o)t(est)a
p(ro)uidencia declinas fictitia. fortitudo
confirmans in g(rati)a. Secundus panis
est panis caritatis. Et hic est panis sa-
pidissimus. q(ui)a caritas o(mn)ia laboriosa
sapida facit. Et no(n) signa(t) iste panis
p(ri)maria q(uo)d quid habebat omnis
suavitatis sapori suavitate. vel forte
hij panes possent sic distingui
ut p(ri)mus panis sit quo indiget peni-
tentes. de quo ps(almista). fuerunt m(ihi)
lacrime mee panes die ac nocte
Secundus panis est quo indigent est
quo indigent et ignorantes. via
no in solo pane vivit homo sed in omni et(c).
Tercio pane indigent mendicantes
et hic est panis maius distribuendus
de quo Ysa(ias). frange esurienti pane(m)
tuum. Quartus panis est quo indiget
sp(irit)ualiter inchoantes. Et hic est pa(n)is
sacramenti. qui dicitur viaticum. De quo in sta
panis quem ego dabo caro mea est. Quin-
tus panis est quo indiget con-
tantes. Hospitandi .i. pane an(ge)lor(um)
qui aie me ex adipe frumenti. Pro-
notandum est q(uod) hij panes dicuntur fuisse
ordeacei. q(ui)a o(mn)ia opera disciplinae quan-
dam asperitatem habent. unde ad He-
bre(os) .xij. Omnis disciplina in p(rese)nti
quidem non videtur esse gaudij. sed meroris.
postea autem fructum pacatissi(mum)
exercitatis. reddet iusticie. panis
(h)ordeaceus extra pungit. sed in-
tus reficit. sic et disciplina in p(rese)nti
pungere quidem videtur. sed tandem post spe-
rante eterne reficit. unde Ap(osto)lus 2a
Cor. iiij. Id enim quod in p(rese)nti est mo-
mentaneum et leve tribulacionis n(ost)re sup(ra)
modum in sublimitate eterne glorie
pondus operatur in nobis. non con-
templantibus que videntur. sed que non
videntur. Tercio notandum est q(uod) primus
dicitur habuisse hos panes. q(ui)a refec-
tio sp(irit)ualis non est nisi omnibus

i. non est nisi illis qui ita vivunt ... pa(ssi)
de quo. vino. luc. x. porro unum est neces-
sario notandum est q(uod) hijs panibus non
vescuntur .i. qui sedent sup(er) fenum .i.
qui desideria carnalia calcant. dis(cumbere)
i(n) eo fenum. Et non qui fenum portant .i.
carnalibus desiderijs premuntur. Secundum
dicit ergo Jhesus. postquam dictum est de
materia miraculi. hic dicitur de discubitu. Et
primo quod Christus precepit dicens.
facite homines discumbere. Erat autem fe(n)um
multum in loco. quod ad litteram commodum
erat discumbentibus. Secundo sequitur obedi(enti)a
discumbencium. Et io dicitur. discubuerunt
ergo viri numero quasi quinque milia. Notandum
est hic. Chrisostomus. q(uod) soli viri ab evangelista
numerantur. q(ui)a legalem consuetudinem
sequebantur. Et enim Moyses a xx(ti)
anno et sup(ra) populum numeravit. nulla
mencio facta de mulieribus. minimes
q(uo)d omne vile est indignum et honorabile
Secundum eum dicit. Accepit ergo Jhesus panes
sit mencio de panum multiplicacione. Et
primo quidem narrat panum multiplicatio
erat quod dicitur. accepit ergo Jhesus panes
videlicet. Sed multiplicat de paucis
granis segetes. Ita et in manibus
suis multiplicavit panes quinque. pote
stas enim erat in manibus Christi. panes
autem illi quinque q(uasi) semina erant. non sem(i)na-
ta mandata. sed ab eo qui terram fecit
multiplicata. Secundo ostenditur distribucio
quae dicitur. Et cum gracias egisset distri-
buit discumbentibus. Et ex piscibus
quantum volebat. Notandum est super illo
verbo. Accepit ergo Jhesus panes quod per
hos quinque panes. possunt intelligi quinque
libri Moysi. qui quidem libri in ma-
nibus Christi multiplicantur. et dilatantur
plene. unde Beda. lex vetus parva
est fiebat. quousque deus eam suis
manibus suscepit .i. opere implevit
et eandem spiritualiter intelligendam esse do-
cuit. quia lex veterum perfectum perdu-
xit. Pueri autem habentes quinque

paucos intelligitur populus iste. Secundum Au-
gustinum. qui populus puerili sensu legem
portabat non manducabat. Illa enim
que portabat clausa onerabat aperta
pascebat. Christus ergo apperuit pascen-
do et populus pastus est. Notandum est
super illo verbo. Et cum gratias egisset. quod
Christus gratias agendo oravit. et hoc
propter multas rationes secundum Crisostomum. primo
quidem oravit. ut ostendat quod cibos quos
comestionem suscipit gratias oportet deo agere.
Secundo oravit non propter se sed propter turbam
que prius erat cum sua deo oportebat quod
a deo veniat. et quod deo contrarius non
erat. tertio oravit et gratias egit ut osten-
deret se omnia a patre habere. Item notandum
est super isto verbo. Et ex piscibus quantum
volebat. quod per duos pisces secundum Augustinum
signantur due persone. quibus populus an-
tiquus regebatur. scilicet regia sacerdotalis. que
due persone dominum nostrum prefigurabat
ambas enim ipse suscepit. vel per duos
pisces. qui panibus ordeaceis sapo-
rem dabat. significatur duplex stola anime
et corporis que stola omnium tribulationum
mundi suave fecit. Sanavit enim vivum
dum quod spatium per paciam expectatum
vel forte per duos pisces intelliguntur due
suavitates mentales. dum intellectus
pascitur salutari veritate. et affectus pascitur
bonitate. Sic enim pascuntur qui usum
omnium rerum temporalium ordinat. et refe-
runt ad cognitionem creatorum. vel forte
duo pisces sunt fides et spes. in aquis
baptismi. Spes in aquis tribulationum
nutritur. Deinde cum dicitur. ut autem imp-
leti sunt. agitur de fragmentorum collec-
tione. et primo quidem occurrit preceptum
domini. secundo occurrit obedientia discipulorum. ibi
Collegerunt ergo. circa primum ad preceptum
dicitur. ut autem impleti sunt dixit discipulis
suis. Colligite que superaverunt frag-
menta ne pereant. Deinde sequitur

obedientia discipulorum. quod dicitur. Colle-
gerunt ergo et impleverunt xii cophi-
nos fragmentorum etc. Deinde querit ali-
quis quare precepit colligi fragmenta
ad hoc dicendum est. quod hoc quidem fecit
dominus non ad superfluam ostentationem
sed ut ostenderet factum miraculum non esse
phantasticum. propter hoc collecte reliquie
dum fuerat sed et aliis in cibum fuerunt
sed quare non precepit turbis ut re-
liquias portarent. sed discipulis
dicendum est quod fecit ad ostendendum quod
debeat esse magister orbis terrarum. quibus
committebantur omnia spiritualia. unde Augustinus
fragmenta sunt que populus non potuit
manducare. Restat ergo ut secretiora in-
telligentie que non potest capere multitudo
illis credantur. qui idonei sunt et alios
docere. Notandum est secundum Crisostomum. quod non
a casu factum est. sed secundum certitudinem. quod
nec minus nec plus superfluit. sed quod vo-
lebat. scilicet xii cophinos. Cophinus
enim vas rusticanum est. duodecim
ergo cophini significant duodecim apostolos
et eorum imitatores. quibus in presenti sunt
contemptibiles spiritualium tamen sacramentorum
divitiis sunt intus referti etc.

Illi ergo homines. postquam potum
est miraculum. Hic ponitur utili-
tas que sequitur ex miraculo
et dividitur hec pars in iiii or partes
quarum primo ponitur quomodo ad populum confessio
fidei ad credendum. secundo ponitur eius devo-
populi devotio ad honorandum. ibi.
Ihesus autem cum cognovisset. tertio ponitur
desiderium discipulorum ad Christum ac-
cedendum. ibi. ut autem sero factum est
quarto ponitur occursus domini ad suaven-
dum. ibi. Et tenebre iam facte erant
primo ergo ponitur confessio populi ad credendum
populus enim viso quia locutum confitebatur
eum esse prophetam. et hoc est quod dicitur in textu
Illi ergo homines cum vidissent quod

faciebat signum dicebat. quia hic est vere
propheta etc. Notandum est quod ex hoc quod
vocant eum prophetam apparet quod se-
mipleue ardebat. prophetam invo-
cabant quem deum non vocabant. Secundo
notandum est secundum Aug. super illo quod christus
et propheta fuit et dominus prophetarum. et
angelus fuit et dominus angelorum.
ex eo enim quod prius annunciavit angelus
erat. sed ex eo quod futura predixit
propheta erat. sed ex eo quod verbum dei caro
factum est. et angelorum et prophetarum // go
dominus erat. nullus enim propheta sine verbo
dei. 3o notandum est quod ex eo quod dicunt
quia venturus est in mundum. mani-
festum est quod prophetam quendam principalem
expectabant. Et ideo sicut dicit Crisostomus
quod dicunt hic est vere propheta in greco cum ad-
iectione articuli. propter ad ostendendum
Que prophetam quem expectabant esse distin-
ctum ab omnibus aliis. Secundum autem
dicit. Ihesus ergo cum cognovisset. postquam
quam dictum est de confessione ple-
be ad ardendum. hic dicitur de devo-
cione eiusdem ad honorandum. et dividi-
tur in duas partes. quia primo ponit quod
christus precognovit hunc honorem
2o ostenditur quo hunc honorem
declinavit ad primum primo dicit Ihesus
ergo cum cognovisset quia venturi essent
ut raperent eum. et facerent eum regem
quantum ad secundum dicitur. Fugit iterum
in montem ipse solus. notandum
est secundum Aug. super Jo. quod regnum christi
modo colligitur. modo comparatur
modo sanguine christi emitur. Erit autem
aliquando manifestum. quando erit aperta cla-
ritas sanctorum. post iudicium ab eo
factum. Hec autem manifestatio ab
ordinata // eterno fuit. sed nondum erat tempus op-
portunum. Cuius manifestatio venie-
rat enim christus. sed non regnare co-
modo quo regnaturus quando erit

aperta claritas sanctorum. Turba autem
ardens quod venisset ad regnandum vo-
lebat eum facere regem. Notandum secun-
dum Bedam quod turbe viso tanto miraculo
intellexerunt christum pium et potentem
pium quidem quod pavit turbas. poten-
tem autem quia multiplicavit panes
et ideo voluerunt eum facere regem. quia
homines volunt habere regem pium ad
regnandum. et potentem contra potentes
potentem ad tuendum. Notandum
est quod ex hoc quod christus fugit turbas
et ascendit in montem. docet nos
christus. ut quantum in nobis est fugiamus
vallem mundi. et ascendamus montem
celi. Est enim mundus fugiendus
quia locus mundi est locus periculosus
Secundo quia est locus sterilis et desertus
3o est locus penalis et laboriosus // quia
primo dicit fugiendus est mundus
quia locus periculosus. Ille enim locus
periculosus est qui habitatores devorat
et absorbet. talis autem est mundus
Exemplum de Datan et Abiron et Chore
quos vivos deglutivit terra. unde
dixit omnis populus Israel quod omnes nos
dicere debemus fugiamus a clamore pe-
reuntium. ne forte nos pereamus. Secundo dilo
fugiendus est mundus. quia locus
desertus et sterilis. [illegible]. quia denique enim
veris bonis et permanentibus. bona
enim mundi non sunt nisi quedam umbre
et picture verorum bonorum. et quia indi-
get veris bonis ideo fugiendum a
mundo et appropinquandum est celo ubi
distat unusquisque mundo. Illud psalmi
Ecce elongavi fugiens et mansi
in solitudine. et Cant. solutio. Fuge
dilecte mi et assimilare capree hinnu-
loque cervorum super montes. 3o fugi-
endum est a mundo. quia locus pena-
lis et laboriosus. non enim permittit
quiescere habitatores suos. Jo. xvii°

in mundo pressuram habet. sed si veniret a-
liquis ad xpistum sit ne rex quare
fugit. Secundum quod hoc fecit triplici
ratione. primo quidem ut nos eius dicti
mundanas contempnere dignitates.
Infra xiiii° cap. xiii°. exemplum dedi vobis ut
quemadmodum ego feci et vos faci-
atis. xpistus non sic gloriam mundi con-
[illegible] ut cum sponte penam subi-
ret. ad Hebr. xii°. proposito sibi gau-
dio sustinuit crucem. Secundo ratione
quia non decuit xpistum. qui est rex re-
gum et per quem reges regnant regnum
accipere ab homine. 3° quia non decuit doc-
trinam eius claritatem et robur accipere
ab hominibus. Notandum quod primo
xpistus turbas pavit. 2° ascendit
in montem. ex quo datur intelligi
quod dominus sedebat in monte cum discipulis
suis et vidit turbas ad se venien-
tes. descendit de monte et iterum in-
feriora loca turbas pavit. Sed quo(?)
post fecit ut in fugit illuc fugit in(?)
aut de monte descenderet. Secundo ad-
dicit. Ut autem sero factum est ponitur
[dilorum] desiderium xpisti ad querendum. ubi no-
tandum quod xpistus montem ascendit
nescientibus discipulis. Expectaverunt
autem eum usque ad vesperam eum puta-
ntes esse venturum. Ut autem sero fac-
tum est et non ultra sustinent eum non in-
quirere. sed amore igniti descenderunt
ad mare. et cum ascendissent in na-
vem venerunt trans mare Capharnaum
existimantes se eum illic esse venturum.
Notandum quod per predictam(?) divina pa-
ssio designatur. quamdiu xpistus
presencia corporali fuit cum discipulis. nulla
eos turbatio vel amaritudo tenebat.
cum xpo. non possunt lugere filii sponsi
sed recedente ab eis descenderunt

ad mare id est ad turbationem seculi. Prius(?)
hoc mare magnum et spaciosum. Secundo ad-
dicit. Et tenebre iam facte erant.
Postquam dictum est de exaltacione populi ad
honorandum. et desiderio discipulorum
ad querendum. hic dicitur de eius xpisti
ad sustinendum. et dividitur hec pars in tres
partes. quia primo describitur periculum in
quo fuerunt discipuli. 2° post xpisti occursus
et appropinquatio ibi Cum remigassent ergo. 3°
ponitur xpisti occurrentis exhortacio. ibi
Ille autem dixit. primo ergo ponitur periculum
discipulorum propter tempestatem maris
ut non dictum quod discipuli volentes venire
in Capharnaum ascenderunt navem. et
tenebre iam facte erant. et non venerat
ad eos Ihesus. mare autem magno ven-
to flante exurgebat. Notandum
quod ewangelista ideo fecit mencionem
et de tenebris et maris tempestate
ut exprimeret fervorem discipulorum
quos nox nec tempestas detinuit
quin xpistum quererent. Secundo addicit Cum
remigassent ergo. fit mencio de xpisti
occursu et appropinquatione. unde dicitur Cum ergo
remigassent stadia xxv aut xxx
vident Ihesum ambulantem super mare
et proximum navi fieri et timuerunt. Hic
autem timor conceptus fuit ex subi-
ta xpisti apparicione. Notandum quod
xpistus discipulis approximat. approximat
in timentibus timore filiali. Psalmus
prope est dominus timentibus eum. Secundo
appropinquat eciam amore querentibus
et ad desiderio exorantibus. et ipso
isto modo appropinquat discipulis. Psalmus
prope est dominus omnibus invocantibus
eum. id est prope est illis qui eum desideriis
et invocacionibus deum querunt. No-
tandum quod approximatio in scriptura
aliud designat xpisti incarnacionem
deus non ante incarnacionem quasi
longe erat ab homine per incarnacionem
autem quasi homini appropinquat. Tunc.

brosis lux. captiuis redempcio
infirmis sanitas mortuis vita
xpus. i. appropinquans per incarnacionem
non venit vacuus. sed hec omnia por-
tauit secum. De ista appropinquacione
Ysa. xl. Ecce merces eius venit et merces
eius cum eo. et alibi prope est ut veniat
tempus eius. et dies eius etc. Et non
reparando hominem appropinquauit homini
per passionem. Incarnacione autem appro-
pinquauit sibi per unionem. Et ex hac
duplici incarnacione appropinquacione
duplici honore honorauit hominem Nam
in prima appropinquacione honorauit
hominem faciendo hominem ad ymagi-
nem dei. In secunda autem appropinquacione
honorauit hominem seipsum faciendo
ad ymaginem hominis. immo seipsum
faciendo hominem. Secunda approximacio
et designacio continuite assistencionis
licet i. deus prope sit omnibus quantum
ad essenciam. potenciam. et presenciam. tamen
quantum ad graciam tamen est prope sanctos
et longe est a peccatoribus. unde longe
est a peccatoribus salus. sicut dicitur per psalmum
Tercia appropinquacio est designacio sup-
periorem et miraculose operacionis. et
hoc modo xpus appropinquat discipulis
sicut dicitur in textu. ubi aduertendum
est. quod in appropinquacione xpi ad disci-
pulos. triplex miraculum continetur. scilicet
ambulacio super mare tempestatis
cessacio. et nauis distanti ad portum
deduccio. ut discamus quod fideles
ex xpi appropinquacione tumorem xpi
mundi. qui mare plenum fluctibus tri-
bulacionis calcant et velociter ad terram
transeunt. secundum illud psalmi Spiritus
tuus bonus deducet me in terram
rectam. Secundum ad dicitur Ille autem dixit
eis. ponitur quo xpus occurrens con-
fortauit discipulos. et primo ponitur
vox xpi exhortacio. quod dicitur. Ille autem
dixit eis. Ego sum nolite timere
Dixit autem xpus Ego sum nichil

aliud addens. et hoc duabus racionibus
prima quidem racio est. quia familiaritas
eius cantu. quibus loquebatur
sepe audientes vocem eius pote-
rant cognoscere eum esse magistrum Secunda
racio est. ut ostenderet se esse illum qui
moysi dixit. Ego sum qui sum. Secundo
ponitur xpi exhortacionis ponitur discipulorum
associacio. quod dicitur. voluerunt ergo
eum accipere in nauem. et statim nauis
ad terram ad quam ibant. ubi non fuit
scriptum. quod xpus nauem non ascendit
volens maius miraculum operari. et
dictatem eius apertius reuelare. No-
tandum est quod ex littera ista patet habetur
quod legimus xpum se subtraxisse. Sub-
traxit. i. se xpus discipulis. primo
quidem ut sentirent quid eius ab-
sencia. hoc idem experti in tempe-
state maris Jeremie ii°. Scito et vide
quia malum et amarum est te reliquisse
dominum deum tuum. Secundo subtraxit se
discipulis ut eum quererent diligencius
Cant. vi°. Quo abiit dilectus tuus
o pulcherrima. quo declinauit di-
lectus tuus querimus eum
tecum. Secundo legimus xpum permittentem
permisit. i. discipulos tribulari. sicut
ii. dicitur Theophilus. permittit nos deus
esse in medio periculorum ut in tribu-
lacionibus existentes probabiliores fi-
amus. et ut ad ipsum solum recurramus
qui potens est ex necessitatibus nos
liberare etc.

Altera die turba que stabat etc.
Postquam xpus se ostendit
esse confirmatorem corporum ab
carnali. hic ostendit se esse confirma-
torem spirituum ab spirituali. Et diuiditur
hec. in duas partes. quia primo quid xpus
a turbis queritur. secundo inuentus interro-
gatur. ubi. Et cum inuenissent eum
Tercio interrogatus etc. in quantum ruisione

multa docet de cibo spuali. ibi Rt ei
ihus. pma p. in tres ptes. qa pmo
po motiuu ad querendu. 2o ponitur
optunitas ad transeundu. ibi. Alie no
naues. 3o po quo turba naues tra
sijt ad xpm. ut quereret. ibi. Cu go
vidisset turba. pmo go po motiuu
qd habuit turba in xpm querere. ad cuius
euidenciam notandu e. q turba co
mouebatur ad xpm querendu. qa sciebat
bat ipm transisse mare sine vehiculo
tñc aut transitus mar sine vehiculo
sit innotuit turbe. Turba. n. videbs
lp de sero no erat nisi una nauis in
littore. q erat iuxta locu vbi xpus fecit
miraclm de panibus. videbat eciam q illa
nauis cu discipulis. absq xpo transfre
tauit ad aliam ptem mar. cu de na
ne no inuenissent xpm. ex ead pte
mar vbi nulla fuerat ptti die suspicati
sunt q xpus transisset mare absq
naui. cu discipulis. nec in aa alia
qa in littore no fuit nisi una. in q
transierunt disli go transiuit sine na
ui. hoc viso pz lra que sic dixit.
Altera die a b illa. s. qua fecit miraclm
de panibus vidit. vidit. i. diligenter
inspexit. qa nauicula no erat ibi
nisi vna. i. vidit q in ptti nesse no
erat in littore n vna nauicula. vidit
eciam qa no introissent cu discipulis suis
ihus in naue. s3 soli discli eius abis
sent. ex qua s. arguebat. q xpus
mare sine vehiculo transiuit. qa no
transierat in naui discipulorum. nec
in alia. qa ibi nulla fuerat.
Deinde cu dicit Alie no naues ponitur
optunitas ad transeundu. qa alie
naues superuenerunt. vn dicit lra
Alie no naues superuenerunt a tiberi
ade. et notandu e. q p vna naui
in qua transierunt discipuli. signatur
vna ecclia que e vna vnitate fidei
na vna fides e vna vnitate sacri

qa vnu bapma. p alias aut naues
que superuenerunt. sm beda signatur
conuenticula hereticorum. qui carent
hospicio xpi. ac discipulorum eius
qui eciam querunt ihm. sicut querebat
turba. turba. n. no querebat xpum
ppter eum. s3 ppter aliquid. a. s. manducaret.
Deinde cu dicit cu go vidisset turba. ostendit
quo turba capta optunitate transeundi
transiuit. ut pm quereret. vn dicit lra
Cu ergo vidisset turba. qa ihus no erat
ibi. nec discipuli eius ascenderunt in na
uiculas. et venerunt capharnaum querentes
eum. Deinde cu dicit Et cu inuenissent eu
ostendit quo xpus inuentus interrogatur
vn dicit in lra. Et cu inuenissent eu
trans mare dixerunt ei Rabi quando huc
venisti. vbi notandu e q hec qo duo
modo potest intelligi. vno ut sit questio
de tpe. et tunc sm crisostomum. isti sic querentes
exprobrandi sunt. qa p9 tm miraculum
no querunt de modo transeundi. s. q ita
sine naui transiuit. s3 querunt de tpe
Alio modo potest intelligi questio. ut sic qd
dictum e. quando fecisti. p qualiter. notandu
e q pz dicit multorum miraculorum facta ab xpo
et multorum facta a passione. pma n.
modo fortis e. Sa aut cito transit
Turba p9 refectionem voluit xpum
face regem. et cetera no volt. cuius racio e. qa
ipm volebat eu facere regem gratia
a passione leticie tante refectionis
sicut aut a passione fuit cito transi
it. vna scilicet sicut luna mutatur.
sicut aut causa ex deliberacione et certitu
dine manet. Deinde cu dicit Rt ei ihus
posita interrogacione turbe sequitur respo
xpi. in qua responsione turba docet.
de cibo spuali. Et pmo quidem xpus
turbam reprehendit. 2o turbam docet
ibi. Operamini no cibum qui perit. pmo
go turba reprehenditur. qa no recte xpm
querebat. querebat. n. eu qa manduca
uerunt. et no qa signa viderunt
et io dicit lra Rt eis ihus et dixit

c

Amen amen dico vobis queritis me etc.
Notandum est quod hec dictio amen aliquando
aliquando tenetur nominaliter. Apocalypsis iii°
hec dicit amen testis fidelis. Aliquando
tenetur adverbialiter. Dicitur hic amen
amen id est vere vere. Aliquando tenetur verbaliter
et tunc idem est amen quod fiat. Et nota
secundum Augustinum quod amen et alleluia quamvis
possent interpretari et tamen propter sanctiorem
auctoritatem interpretata non sunt. Tamen
enim sacra sunt hec nomina. unde Iohannes in Apocalypsi
refert se spiritu revelante audivisse
celestis vocis sonitus tanquam vocem aquarum
multarum dicentium amen alleluia. Dicit tamen
Huguitio quod amen est ab a quod est sine et
mene quod est defectus quasi sine defectu
quod non videtur verum quia hebraica lingua
non descendit a greca. cum hebrea
lingua sit prima inter omnes. Secundo
notandum est quod turba reprehenditur
quia non debite querebat Christum. In querendo
enim Christum debemus primo attendere tempus
querendi. veniet enim tempus quando inve-
niri non poterit. Et Ysa. lv° dicebatur
querite dominum dum inveniri potest. Secundo
debemus attendere modum querendi. Debet
enim queri cum devota affectione. unde psalmus
In toto corde meo exquisivi te. Debet
etiam queri cum perfecta operatione. psalmus In
die tribulationis deum exquisivi ma-
nibus meis id est operationibus meis
Debet etiam queri cum debita gratiarum actione
unde psalmus magnificate dominum mecum et
exaltate nomen eius in idipsum. Et sequitur
Exquisivi dominum et exaudivit me
Tertio debemus attendere finem querendi
Debet enim deus queri propter deum et non
propter temporalia. sic querebant isti quia que-
rebant eum quia manducaverunt. unde
Bernardus Christus multum dicit de
illis qui accipiunt ecclesias non propter
deum sed propter temporalia quia ipsi as-
similantur illis qui sequebantur dominum
quia manducaverant. Sic enim dicit

Bernardus. Saciatos quippe donum sequi
et de sancta ecclesia temporalia alimenta su-
scepisse et non pro signis sed pro panibus
dominum querere et ad religionis officium non
pergere virtutibus sed pro requirendis
subsidiis inhiare. Deinde cum dicit Operamini
non cibum qui perit. Posita repre-
hensione turbe. sequitur doctrina Christi
quia docet de cibo spirituali. Secundo de sacramentali
ibi Et panis quem ego dabo. Prima
in duo quia primo ponitur Christi doctrina secundo iudeorum
murmuratio. ibi murmurabant ergo iudei.
Ad evidentiam primi notandum est quod cibus
spiritualis primo est in duratione perpetuitatem
secundo est in actu spiritualitatem. tertio est in ori-
gine sublimitatem. quarto est in excellentia
nobilitatem. Et secundum hec quatuor Christus
in quatuor docet de hoc cibo spirituali. Primo
enim docet quod hic cibus est in duratione
eternitatem. Secundo quod est in actu spiritualitatem
ibi Dixerunt ergo ad eum. Tertio quod est in
origine sublimitatem ibi Dixerunt ergo
illi. Quarto quod est in excellentia nobilitatem
ibi Dixerunt autem eis. Dixit autem
eis Ihesus. Primo ergo docet quod cibus
spiritualis est in duratione perpetuitatem
sic arguens. Operatio creature rationalis
est ordinanda ad eterna. et non ad illa
que pereunt. sed cibus mentis corrumpitur
Cibus autem spiritualis permanet. ergo
propter talem cibum scilicet spiritualem operandum
est. Et hoc est quod dicit littera. Operamini id est
operando querite non cibum scilicet carnalem
qui perit / sed operando querite cibum scilicet
carnalem qui perit / sed operando querite
cibum qui permanet in vitam eternam quem
filius hominis dabit vobis. Quem autem
filius hominis possit dare patet. Hunc enim
filium hominis pater signavit Deus.
aliquis. unde sequitur consequentia filius
hominis potest dare quia eum pater signavit
Deus. Et secundum Augustinum signare
id est quod signum aliquid ponere

Ideo autem aliquis signatur ut ab aliis disc-
erni possit. Pater ergo Christum signavit id est aliquid
proprium sibi dedit ut ab aliis distinctum
signari non debuit ne confunderetur cum
genere humano quem liberare veniebat. Genus
humanum est ergo dicit Ioh. Filius dabit
hic quod non habet sed quod possit dare. Sed unguentum
singulariter et eminenter plenitudinem gratie
precellit omnes filios hominum. Sicut ait
eum Deus pater id est signavit distinxit
ungendo eum oleo letitie pre participibus
suis. Est ergo consequentia talis plenitu-
do gratie divina omnis gratia. Sed in Christo fuit
plenitudo gratie ex eo signatus distinctus
fuit ab omnibus filiis hominum. Ergo divina
ab eo omnis gratia. Et hoc est quod dicitur
supra. De plenitudine eius omnes nos
accepimus. Alio modo potest declarari quomodo sic
filius hominis dabit id quod spiritualiter est in-
structus. Sed institutus est ut det vitam
mundo. Hunc enim pater signavit id est ad hoc
spiritualiter instituit sicut daret vitam mundo.
Infra vi° Ego veni ut vitam habeant.
Ergo filius hominis dabit vitam et per consequens
cibum spiritualem. Tertio potest declarari sic
quia ille dabit cibum spiritualem quem
pater in baptismo manifestavit et signavit
id est ab aliis distinxit. Sed hunc scilicet filium
hominis pater manifestavit in baptismo et si-
gnavit id est ab aliis distinxit dicens
Hic est filius meus dilectus. Ergo ipse
dabit cibum spiritualem. Notandum est quod
in verbo illo Operamini non cibum qui perit
duo insinuantur. Primo insinuatur cibi materialis
defectibilitas quod dicitur qui perit. Prima ad
Cor. vi°. Esca ventri et venter escis. Hunc et
hanc Deus destruet. quia sine non precipit
usus cibo. Secundo insinuatur cibi spiritualis
indeficiens perpetuitas quod dicitur que
permanet in vitam eternam. Ad cuius e-
videntiam notandum est quod hic cibus
spiritualis multiplex est. Est enim cibus

gratie et hic reddit vitam eternam. Sicut
vitam reddit primum. Ps. Flumen Dei
repletum est aquis scilicet gratiarum. Parasti cibum
cibum illorum etc. Secundo cibus spiritualis
est cibus sapientie. Eccli. xv. Cibavit illum
pane vite et intellectus. Et hic dicitur perma-
nere quia sapientia est vita eterna que perma-
nent. Tertio spiritualis cibus est cibus spiritualis
letitie. que quidem spiritualis letitia perma-
nebit in vita eterna. Ps. Qui simul
mecum dulces capiebas cibos in do-
mo Dei ambulavimus cum consensu.
Notandum est secundum Aug. de operibus mo-
nachorum. exposito verbo Operamini non cibum qui
perit. quidam monachi sumpserunt occasionem
vacandi dicentes spirituales viros non
debere operari manibus suis. Contra quorum
errorem opinionem apostolus qui fuerat vas
nos fuerit. Nunc autem operemur manibus
suis. Contra opinionem horum fuit exemplum apostoli
qui ad litteram spiritualis manibus suis
laboravit. sicut habetur ii^a ad Thess. iii°.
Est ergo necessarius ... Operamini cibum qui
non perit. operamini non cibum qui perit et ci-
bum qui perit affirmat secularibus rebus
et operari non preceptum permanentia sed preceptum
pecunia. Secundum eidem dicitur. Dixerunt ergo
ad eum. Postquam ostendit Salvator
quod hic cibus quem dabit filius hominis est
in divina eius perpetuitate ostendit quod
est in actu spiritualitate. Docens quod per
actum spiritualem et interiorem consequimur
hunc cibum. Ostenditur autem hoc ostendendo
Iudeis. Et ideo primo hic Iudeorum interrogatio
quod dicitur Dixerunt ergo ad eum. Quid fa-
ciemus ut operemur opera Dei. Ac si dicat
tu dixisti quod per opus consequimur hunc ci-
bum. Dic ergo nobis quid est hoc opus per quod
possimus hunc cibum consequi. Secundum eius
dicitur Respondit Ihesus. Primo ... in qua
declaratur quod opus Dei per quod consequimur cibum
est opus fidei. unde dicitur in littera. Respondit Ihesus
et dixit eis. Hoc est opus Dei ut cre-
datis in eum quem misit ille. Notabiliter

7

dicit in eum. Sic enim dicit Augustinus: Non omnis
qui credit ei credit in eum. Demones
enim crediderunt ei, sed non credebant in eum.
Et nos credimus Paulo, sed non credimus in
Paulum. Credere enim in eum, id est quod credendo
in eum per dilectionem tendere. Deus
enim exigit a nobis fidem que per dilec-
tionem operatur. Notandum quod in operibus
spiritualibus aliud dicitur obedientia mandatorum
dominorum. supra iiii° Meus cibus est ut
faciam voluntatem patris mei. Et aliquando
dicitur opus fidei que per dilectionem oper-
atur. sicut hic. Ubi notandum quod secundum
Augustinum opera fidei aliud distinguuntur ab operi-
bus legis quia non ex operibus legis sed ex
fide iustificatur homo, secundum sententiam apostoli.
Opera tamen bona [illegible] non distinguuntur
a fide quia nullum bonum opus sine fide.
Fides enim omnium debitum finem operum. Christus
finis enim legis. opus quod ad iustitiam
omni credenti. Tertio cibus Christi quod ipsa vita
eterna que includit veritate contemp-
landam et bonitate amandam. De
hoc cibo infra. Ego sum panis vite.
Deinde cum dicit. Dixerunt ergo ei. Postquam
quod opus Christus ostendit quod cibus quem pro-
mittit habet indeficientie perpetuitatem
et in actu spiritualitatem. Hic ostendit quod habet
in origine sublimitatem. Duo autem hic
respondendo petitioni iudeorum. Primo ponitur
postulatio iudeorum questio. Secundo responsio Christi ibi
Dixit ergo eis Ihesus. Ad evidentiam
primi notandum quod Christus opus iudeis
promittebat cibum qui permanebat
in vitam eternam, in qua videbatur iudeis
se preferre Moysi. Iudei autem reputan-
tes Moysen esse maiorem Christo, signum
petunt ab eo per quod possit probari quod ipse
maior Moyse. Et secundum hoc [illegible]
in duo per quia iudei primo signum petunt
secundo rememorant signum quoddam quod fecit
Moyses ibi Patres nostri [illegible]. Dicit (?)
tum ergo ad primum dicit Dixerunt ergo ei
Quod ergo tu facis signum ut videamus

promissio tua pretendit te esse maiorem
quam fuit Moyses. Fac ergo signum ut
tibi credamus. Deinde cum dicit Patres nostri
rememorant signum quod fecit Moyses
in mane dicentes Patres nostri man-
ducaverunt etc. quasi diceret Magna fecit
Moyses. Dedit enim manna. Sed tu maiora
promittis. Tu enim promittis cibum qui non perit.
Manna autem peribat. Manna quia si man-
na reservabatur in aliud diem scatu-
ebat. Tu tamen promittis cibum qui perma-
net in vitam eternam. Manna autem non
sic. Notandum quod iudei volentes
confirmare magnitudinem signi quod fecit
Moyses extollunt signum per auctoritatem
scripture dicentes. Panem de celo dedit
eis manducare. Deinde cum dicit Dixit
ergo eis Ihesus. Sequitur responsio Christi et primo
quod ponitur hic responsio. secundo sequitur petitio
iudeorum ibi Dixerunt ergo ad eum. Prima
in duas quia primo ostendit Christus originem panis
secundo probat istam originem ibi Panis enim
verus. Ad evidentiam primi notandum
quod iudei duo presupponebant circa panem
primo presupponebant quod iste panis esset de celo
contra quod dicit Christus Amen amen dico
vobis non Moyses dedit vobis panem
de celo. Secundo intendebant iudei dicere quod
Moyses esset dator panis contra quod Christus nec
dicit quod verus panis datur a
patre. Unde in littera: non Moyses sed pater meus
dat vobis panem de celo verum. Dicunt (?)
[illegible] aliquis utrum Moyses dedit verum
panem. Videtur quod sic per illud quod dictum
est supra sicut scriptum est Panem de celo
dedit eis. Ad oppositum quod dictum salvatoris.
Dicimus quod verum dicitur duobus modis. Uno
enim modo verum dicitur contra falsum. et secundum hanc
acceptionem Moyses dedit panem verum
et non falsum. Sic enim signa in Moyse facta a
Moyse non fuerunt falsa sed vera. Secundo modo
verum dicitur contra figurale. et secundum hanc
non Moyses dedit panem verum quia pa-
nis quem dedit Moyses figurabat

panem quem dedit xpus. Secundo que-
reret aliquis utrum manna quod dedit Moy-
ses fuit de celo. videtur quod non per dictum sal-
vatoris. Dicendum quod per celum accipitur duo-
rum. aliud .i. aereum celum per aerem. unde
illud ps. Intonuit de celo dominus. et aliter
volucres celi comederunt illud. Ali-
ter non celum aereum pro celo sidereo. Manna
ergo fuit de celo aereo. et non de celo
sidereo. Secundum ad dictum panis .i. verus
probat quod dixit. Dixit .i. quod pater
panis quem pater dat est verus panis
et quod est de celo. et sim hic dictum salvatoris
per hic verum duplex racio. Prima racio potest
esse talis. ille panis est de celo qui de celo
descendit. sed panis quem pater dat de
celo descendit. ergo etc. Secunda racio potest
esse talis ille panis est verus qui dat
vitam mundo. ergo est verus panis. Tercio quan-
tum ad utramque racionem dicit in littera. panis
.i. verus est qui descendit de celo et vitam
dat mundo. Notandum est quod sicut dicit Th-
eophilus. xpus dicit se esse panem verum. quia
dicit pater meus dat vobis panem de celo verum
Sed econtra hoc dicti statim quereret aliquis
quare xpus dicitur panis verus. Dicendum est
quod verum hic dicitur contra figurale. man-
na ergo non fuit panis verus. quia fuit
panis figuratus per manna. vnde Theophilus
xpus fuit panis figuratus per manna
manna namque interpretatur quid est hoc. nam
iudei videntes manna stupefacti unus
ad alium dicebat quid est hoc. xpus autem ita
mirabilis est ut cuilibet contingat dicere quid
est hoc. quomodo scilicet filius hominis est filius dei
quomodo est ex [illegible] natus et sit una per-
sona. Dubitaret aliquis supposito quod iste panis
quis est pater sit verus quo descendit de celo
et dat vitam mundo. Dicendum est quod in xpo
fuerunt due nature scilicet humana et divina.
descendit ergo xpus de celo assumendo huma-
nitatem. sed per virtutem divinitatis dat vitam
mundo. mundo quidem non elementis. sed
hominibus habitatoribus mundi. Secundum ad
dictum. Dixerunt ergo ad eum. posita xpi
responsione ponitur modo peticio. Dicunt

.i. domine semper da nobis hunc panem. sic-
ut samaritana cui dictum est. qui biberit
ex hac aqua non sitiet unquam corporaliter
accepit. et contra indigenciam volens
vitare dixit. Da mihi domine hanc aquam
ut isti dicunt. Da nobis panem qui refi-
ciat et non deficiat. Dixit autem eis ihesus
Postquam xpus ostendit quod ab eo spiritualis
secundum indeficientem perpetuitatem. in actu [illegible]
et in origine sublimitatem. hic ostendit quod in
essencia secundum nobilitatem dicens. quis est
iste cibus. Ipse .i. ille cibus est qui dat
vitam mundo. Dividitur autem hec pars in tres
partes. quia primo xpus ostendit se esse hunc ci-
bum. Secundo satisfacit peticioni modo [illegible]
ibi. Sed dixi vobis. Tercio ostendit modum
acquirendi hunc cibum. ibi. Omne quod dedit
michi pater. Prima in duo. quia primo xpus dicit se
esse hunc cibum. secundo hoc probat ibi. Qui venit
ad me. Circa primum ad primum continue sic legendo
posset aliquis dicere xpo. Tu multa dixisti
de cibo spirituali. dic ergo quis est cibus. et quis
est iste panis. Ad hoc respondet xpus dicens
Ego sum panis vite. Notandum est quod multis
nominibus xpus dicebatur panis vite. primo
quod xpus panis vite .i. dans vitam
effective. et hoc convenit xpo inquantum
deus. Secundo dicitur panis vite .i. dans
vitam meritorie. et hoc convenit xpo inquantum
homo. meritum .i. xpi extendit se ad
vitam spiritualem reparandam promovendam
perficiendam. et renovandam. Tercio dicitur
panis vite ad differenciam panis corporalis
panis .i. corporalis dicitur panis mortis
quia ordinatur ad restaurandum deperditum
et ruinas nostre mortalitatis. Hic autem
panis non est morte contrarius. quia
morte non reficitur. Quarto dicitur panis vite
quia in ipso vivo est fons vite. ps. apud
te est fons vite. In nobis autem sunt rivu-
li vite. bene sicut aqua est viva que
fonti continuatur. ita et illi vivunt qui
xpo adherent. et sibi continuantur. Ipse
.i. fons sapiencie est. ecclesiastici primo. Fons sa-
piencie verbum dei in excelsis sapiencia autem
vita anime est. Secundum ad dicit. et vivi

venit ad me. probat xpus se esse pa-
nem vite. et patet ex racione talis. panis
vite tollit omnem esuriem et omnem
sitim. Sed venientes ad me numquam
esuriunt nec siciunt. quia qui venit ad me
non esuriet. et qui credit in me non si-
ciet in eternum. ergo ego sum panis
vite. Notandum est quod xpus dixit. qui
venit. et qui credit. quia secundum Aug. idem
est venire ad deum. et in eum credere. Secundo
dixit non esuriet et non sitiet. quia in
spiritualibus idem est comedere et bibere
utrobique enim significatur eterna sacietas
Ipse enim xpus est cibus sustentans
et potus refrigerans. Dubitaret aliquis
quomodo qui vadunt ad xpm numquam esuriunt
dicendum est quod per hoc est eminencie. cibus est enim tante
eminencie. quod in sua sciencia continet omnem
racionem boni et racionem omnis appetibilis. et quia continet
racionem omnis boni. iam totum appetitum creature
implet. et propterea eum saciat tollendo
omnem esuriem. ps. Adimplebis me leticia
cum vultu tuo. Secundo dicendum est quod propter sui perma-
nenciam. Iste enim cibus ita eminens est quod per-
manens est. et ideo semper tollit esuriem
Si enim posset perdi esuriem. posset relinquere
in appetitu. sed quia perdi non potest. ergo nullam
esuriem potest relinquere. sed semper omnem dila-
tacionem continuat. ps. delectaciones in dex-
tera tua usque in finem. Ideo dicit cibus saciat
appetitum sua simul acceptacione. Totus enim iste ci-
bus percipitur et appetitum. et ideo saciat. Tem-
poralia enim non sumuntur simul. sed paulatim
et quasi ad motum. et ideo semper restat aliquid
sumendum. Ideo contingit quod licet in temporali-
bus sit sacietas ex sumpto. tamen est
ibi esuries ex sumendo. Secundum cum dicit
Sed dixi vobis satisfacit peticioni iudeorum
q. d. Salvator. vos panem desideratis
est tamen hic cum loquor vobis et non sumitis
quia non creditis. ego enim dixi vobis quia ego
sum panis. et vidistis me. et non credi-
distis. Secundum cum dicit Omne quod dat
michi pater. ostendit modum acquirendi cibum
spiritualem. et tria facit. quia primo ponit
modum acquirendi. Secundo ponit finem
conveniendi ibi. Et eum qui venit ad

Tertio probat quod dixit ibi. Quia descendi
Primo ergo ponit modum conveniendi ad hunc
cibum. modus autem conveniendi est quia pater
dat. et ideo dicit. Omne quod dat michi pater
ad me veniet. Ac si dicatur. Ad hunc cibum
venitur ad fidem. fides autem est donum dei
ad ephe. ii. gratia dei salvati estis et non ex
vobis. Dubitaret aliquis de hoc quod dictum
est. Omne quod dat michi pater. Si enim nullus
vadit ad filium nisi pater dederit illi. soli
vadunt quos pater dat. Si autem ita est
non debet imputari illis qui non vadunt. quia
non dat. dicendum est quod nulli imputatur. si ad
fidem sine fide xpi dei non potest venire. sed
hoc tamen imputatur qui non venit. quia
impedimentum dat avertens se a salute. deus
enim semper porrigit manum auxilii. a-
vertenti autem se ab ipsa manum impu-
tandum est. Notandum est quod ex eo quod dictum
est. Omne quod dat michi pater. secundum quod sunt
apte perpenditur. quod credere nullo modo est con-
tingens. nec cogitacionibus humanis per-
ficitur. sed ea que desuper est revelacione
dei. nota quod pater dat iustificando et
penetrando sine et premium ostendendo et
suavitatem glorie inspirando. Filius enim non
venit sic de fidelibus et amatum. pater enim
compellit exterius flagellando. Notandum
est quod filius tradit patri. prima Cor.
xv. Cum tradiderit regnum deo et patri
pertranseo autem filius tradit patrem inquantum
manifestat patrem. pater autem tradit in-
quantum facit homines adherere verbo suo. prima
Cor. primo. per quem. s. patrem vocati estis
in societate filii eius. Secundum cum dicit
Et eum qui venit ad me non eiciam
foras. ponit finem conveniendi. finis
autem conveniendi est. quod qui pervenit fo-
ras non eicietur. Dubitaret aliquis quo-
modo verum. quod dicit qui pervenit non eiciet
foras. quia multi ingrediuntur per graciam
qui tamen per peccatum eiciuntur. dicendum
est quod illi qui ingrediuntur non egrediuntur
tamquam a xpo eiecti. sed seipsos eiciunt
peccando. Sed enim modo eiectus est foras
ille qui non habuit veste nupciali

delectacionez

quia nuptialem uestem non habuit. Hoc
fuit in culpa sua. Uel secundum quod qui
introducuntur per ciuium praedestinatorum so-
nos finaliter non eiciuntur. Quia non repellit
plebem suam. Notandum quod Christus dicit
Et eum qui uenit ad me non eiciam foras
Dat nobis intelligere quoddam intrinsecum
uidendum est ergo primo quid est hoc intrin-
secum. Secundo uidendum est quo aliqui intro
ab hoc intrinseco repelluntur. Primo ergo uiden-
dum est quid est hoc intrinsecum. Hoc autem
intrinsecum est gaudium celorum. De quo Au-
gustinus. Magnum penetrale et dulce secre-
tum. Ubi secretum sine tedio. Sine amari-
tudine malarum cogitationum. Sine inter-
pellatione temptationum et dolorum. Hoc
est hoc gaudium de quo dicitur. Saluator. In-
tra in gaudium domini tui. Hoc est ab-
sconsum. De quo dicit psalmus. Abscondes eos in
abscondito faciei tue. Secundo uidendum
est per que modum introducimur ad hoc secretum
(aduertendum) Ubi notandum est quod affectiue loquendo solus
deus rex introducit. In Canticis primo
introduxit me rex in cellam uinariam
exultabimus et letabimur in te. Effectiue
autem loquendo introducit nos uirtus
humilitatis. Ille enim introducitur qui facit
uoluntatem dei. Et non uoluntatem suam
unde Augustinus super Johannem. Doctor humilitatis
uenit non facere uoluntatem suam. Sed uo-
luntatem eius qui misit me. Illum ue-
niamus ad eum. Intremus ad eum. Incor-
poremur ei. ut et nos faciamus uolun-
tatem nostram. Sed uoluntatem dei. Et non ei-
ciet nos foras. Secundo introducit nos
ad hoc secretum uirtus caritatis. Amor
enim introducit ad quietem requietatis
ad locum proprium. Augustinus. Est enim sicut pondus in cor-
poribus. Hoc est amor in spiritibus. Sicut
enim pondere suo motu introducit corpora
in regiones proprias. Ita amor in spiriti-
bus introducit ipsum honorem in quiete
propria. Bene ipse amor potest dicere quod
est dictum. Sap. viii. Intrans in domum
meam quiescam cum illa. Non enim habet a-
maritudinem conuersatio illius / nec

tedium conuictus ipsius. Sed letitiam et ga-
udium. Introducit uirtus iustitie et equitatis
nullus enim potest introduci ad hoc intrinsecum
nisi sit proportionatus. Et quod equatus huic
intrinseco. Iustitia autem est quedam proportio
et ideo iusti ad hoc intrinsecum admittuntur
[illegible]. Iusti autem ibunt in uitam eternam
Tertio uidendum est quare ab hoc intrinseco
repelluntur. Ubi aduertendum est quod ab hoc
intrinseco repellitur. Primo defectus humi-
litatis unde ps. Aperite. i. aperitur intrinse-
cum est foris mihi. Et in hunc modo uide-
bimus hic. Et sequitur. Non ueniat mihi
pes superbie. Et manus peccatoris non mo-
ueat me. Quod exponens Augustinus super
Jo. sic dicit. Iste eiciuntur cum uenit
pes superbie. Et ideo rogat Dauid ut
non moueat eum peccator. Propter pedem
superbie. Quia ibi. i. in ipsa superbia ce-
ciderunt expulsi sunt. Nec potuerunt
stare. Secundo aliqui expelluntur ab isto
intrinseco propter defectum caritatis. Ad signum
cuius ipse fuit expulsus repulsus
a nuptiis. Qui non habuit uestem nup-
tialem. i. uestem caritatis. Tertio aliqui repe-
lluntur ab hoc intrinseco propter defectum iu-
stitie et equitatis. Non enim ad hoc intrinsecum
admittitur. Nisi qui operatur iustitiam
et loquitur ueritatem ad proximum suum. Secun-
dum dicitur. Tertia descendi de celo. Probat
saluator quoddam quod dixit. Dixit enim
ingredientium se eiectum a salute et
a gratia. Et hoc probat per talem rationem
Christus qui descendit de celo propter salutem
hominum. Nullum eiciat a salute. Alias
faceret contra finem suum. Sed ego descendi
de celo propter salutem. Descendi enim ut fa-
ciam uoluntatem patris. Qui uult omnes
saluos fieri. Ergo nullum eiciam a salute
Uel potest formari hec ratio sic. Christus
descendit de celo ut faciat uoluntatem
patris. Nullum eiciat a salute. Quia uult // omnes
saluos fieri. Sed ego inquit Christus
descendi de celo ut faciam uoluntatem
patris. Ergo nullum eiciam a salute

murmurabant [illegible] sic pcedit qa primo o
dt se descendisse de celo ut faciat vo
luntatem patris. Secundo qr qr voluntas
pris est qr nullus pereat ibi. Hec est
voluntas. Tercio redditur racio huius
ibi. Hec est enim voluntas pris mei etc.
natur quo ad primum continuacio sit lra ve
nientem in illud etiam. cuius racio est qr de
descendi de celo non ut faciam volun
tatem meam. sed voluntatem eius qui misit
me patris. ut omne quod dedit michi. s. eternam
predestinacionem non perdam ex eo set resusci
tem illud in novissimo die. Notan
dum est qr dari xpo potest dupliciter modo
vel 2m presentem iusticiam. et qui sic da
ntur aliqui pereunt. vel 2m eternam pre
destinacionem. Et de illis qui sic dantur nullus
perditur. Secundo ad dictum. Hec est enim volun
tas. probat qr voluntas patris non
est ad perdendum. Et potest esse racio talis est.
illa est voluntas est que est ad vivifi
candum non est ad perdendum. sed volun
tas patris est ad vivificandum. Ergo non
ad hoc ut omnis qui credit in filium
habeat vitam eternam. ergo voluntas eius
non est ad perdendum. Hec racio qr dicit illa
Hec est enim voluntas patris mei qui mi
sit me. ut omnis qui videt filium quod
non intelligitur de visione per contuitum que
non stat ad actum credendi. sed per cognicionem
fidei formate. et non de visione corporali
et credit in eum habeat vitam eternam et ego
resuscitabo eum in novissimo die. ut
non solum habeat vitam in anima. sed eciam in
corpore. Notandum est qr dies iudicii non
dies novissima. Cuius racio est qa ulti
illum diem non erit tempus ad merendum
sed tempus ad recipiendum. Murmurabant
ergo iudei. postea xpus declaracionem respondit
iudeorum murmuracioni. Et dividitur hec pars in
tres partes. qa primo ponitur ipsa murmuracio. 2o
ponuntur verba murmurancium. ibi. Et dice
bant. 3o ponitur occasio murmuracionis. qa xpus
se dixerat panem vite. unde dicitur
murmurabant ergo iudei de illo qr dixis
set. Ego sum panis etc. Secundo ad dictum

Et dicebant. ponuntur verba murmurancium
qa xpus se dixerat panem vite. unde
dicitur in lra. murmurabant ergo iudei. unde dicitur
Nonne hic est filius Joseph. cuius nos
novimus patrem et matrem etc. Nota
dum est sm glo. qr iudei indignati
et xpo opprobria inferentes in humilitatem
generis eius offendebant. unde dicitur in lra
et dicebant. Nonne hic est ihesus etc.
Iudei enim solam xpi incarnacionem carna
lem considerabant ex qua impediebantur
ne spiritualem generacionem eius cognoscerent.
Secundo ad dictum Respondit ergo ihesus. cohibet xpus
murmuracionem iudeorum et dividitur in duas partes. qa primo
reprimit murmuracionis actum. 2o assignat
murmuracionis causam. ibi. Nemo potest venire
primo ergo reprimit murmuracionis actum. unde
dicitur in lra Respondit ergo ihesus et dixit eis. Nolite murmu
rare in invicem. Sap. Custodite vos a mur
muracione. que nichil prodest. Secundo ad dictum
Nemo potest venire ad me. ostendit causam
murmuracionis. Ad cuius evidenciam est notandum
qr causa murmuracionis fuit qa iudei non erant
tracti per patrem. Si enim pater traxisset eos
non murmurassent. et ideo per hoc loquitur hic de trac
tu. ostendens qr qui trahuntur ad filium
per patrem trahuntur. Dividitur autem hec pars in
duas partes. qa primo ostenditur qr hec tractio fit
per patrem. 2o ponitur trahendi modus. ibi.
Et erunt omnes dociles. Dividitur prima pars
in duas. qa primo ponitur hominis tractio per patrem
ibi enim trahit. 2o ponitur huius tractionis finis
et fructus. ibi. Et ego resuscitabo
eum. Quantum ad primum continuacio sic lra
quasi dicit non est si murmurant qa nondum
tracti a patre ad me. Nemo potest venire
ad me nisi pater qui misit me traxerit
eum. Exponit aliquis quare nemo potest
venire ad xpm nisi pater traxerit eum. Dicendum
est qr sicut quod non potest sursum ferri nisi
ab alio trahatur. Sic eciam homo ad cx
se ad inferiora residens non potest sur
sum elevari nisi tractus. Ymaginan
dum enim. qr in homine est quedam gravitas
trahens eum ad inferiora. Sap. ixo

Corpus quod corrumpitur aggravat animam
Iob vij°. Factus sum michimet ipsi gravis
et non indiget virtute trahente. Secundo quia
aliquis, sicut nullus potest venire ad Christum nisi
trahatur. Unde quod nulli debeat imputari
si non veniat. Quod dicitur quia si homo de se re-
sidens ad inferiora non elevatur non defec-
tus eorum potest trahentis. qui quantum est ex
parte sua nulli deficiat. sed gratiam suam potentem
pedentibus quia trahit. Si vero deus pre-
atus est dare graciam et ad se trahere non
imputatur ei si aliquis non accipiat sed
ei qui non accipit. Tercio quia aliquis quare
deus hunc trahit et non illum. Ad hoc
respondet Augustinus super Jo. sic dicens. Re-
novit vero tractus quem trahat et quem
non trahat. noli velle iudicare si non
vis errare. Quod dicit Augustinus quod in generali potest
assignari racio quare aliquis trahitur et
aliquis non. ut scilicet in illis qui non trahuntur
refulgeat ordo divine iusticie. In illis
autem qui trahuntur appareat immensitas
divine misericordie. In speciali autem quare scilicet hic tra-
hitur et ille non. non est racio nisi bene-
placitum divine voluntatis. Notandum quod
quod hic tractus, de quo loquitur hic, salvatur
potest multipliciter. Primo potest vero hic tractus
primo intelligi ipsa interior illuminacio. Sic vero
dicit Augustinus super Jo. Revelantibus illuminatus
sentit filium esse equalem patri a patre trac-
tus. unde et Simoni Petro dicitur. Beatus
es Symon bariona quia caro et sanguis
non revelavit tibi sed pater meus qui est in
celis. Mat. xvi. Ista vero revelacio ipsa est
attractio. Secundo potest intelligi iste tractus
corporis fortis alliciens. ipse vero fortis de-
lectatur. et ideo amor et delectacio voluntatis
trahit. unde Augustinus super Jo. Sic unum-
quemque trahit sua iusticia. et sempiter-
na vita. quod totum opus est. Unde in
j° Christo dicebat sponsa in Can. Trahe
me post te. Tercio modo potest hic tractus vo-
cari interior instinctus impellens ad
bona operanda. Deus vero est qui operatur
in nobis velle et perficere. ad Philip. ij°.
Quarto potest dici quod deus trahit ponderi-

beneficiorum ponens in statera sua
beneficia. ut nos sursum trahat. Jer.
xxxi°. In caritate perpetua dilexi te ideo
attraxi te miserans. Quinto dici potest
quod opus donans scilicet pro nobis nos
trahit. Unde Jo. xii°. Cum exaltatus fuero
a terra omnia traham ad me ipsum. Sexto
potest dici secundum Augustinum de questionibus
novi et veteris testamenti. quod pater trahat
p ad filium opera que faciebat per illum
ita quod hic tractus per miraculorum opera
Deum ad dicit. Et ego resuscitabo eum in
novissimo die. Postquam dictum est de
patre qui trahit. et quod ipse trahit ad
filium. hic fit mencio de fructu huius
tractus qui est resurrectio finalis. qui
vero trahentur resuscitabuntur ad vitam eternam
tercio potest dici. Et ego resuscitabo eum et
ubi notandum est quod per peccata quod Christus gessit
in carne consequimur resurrectionem fruc-
tum. Ro. v. Sicut per hominem mors ita
per hominem resurrectio mortuorum. et quia
peccata que opus gessit consequimur
hunc fructum. ideo ipse ait. Et ego resu-
scitabo eum. Deinde cum dicit. Et erunt omnes
postquam dictum est de attractionibus
modo primo. hic dicitur de attractionis modo. Di-
citur autem hoc per in tres. primo quia ponitur primo
attrahendi modus. Secundo attractionis
efficacia. ibi. Omnis qui audit a
patre. Tercio excludit opinatus modus
attractionis. ibi. non quia patrem. Ad evi-
denciam primi notandum est quod pater trahit ad filium
modus autem trahendi est per doctrinam et
internam revelacionem. et ideo dicitur in textu
quod scriptum est in prophetis. Et erunt omnes
docibiles dei. i. omnes erunt docti
dei capaces. Tercio est aliquis quare
dictum est in plurali in prophetis. Ad quod respondet
Beda. Dicit pluraliter in prophetis quia
omnes prophete uno et eodem spiritu reple-
ti fuerunt. licet diversa prophetaverunt. tamen ad idem
tendebat. quamprimum ad quemvis eorum
omnes alij concordabant. sicut ad
Iohel qui dicit. Et erunt omnes do-
ciles dei. Unde Beda dicit quod hoc

quod hic expresse scriptum est in Iohele. Dicitur glo. quod licet in Iohel expresse non inveniatur sed aliud simile habetur. dicitur enim ibi. filie Syon exultate in domino deo vestro. quia dabo vobis doctorem iusticie expressius tamen hoc invenitur in ysaia. ubi dicitur. ponam universos filios tuos doctos a domino. Notandum est secundum Augustinum super Io. quod exponit hoc quod dictum est. Erunt omnes docibiles dei a patre cognoscitur quod solus deus intus docet. Et si enim homines ab hominibus audiunt. tamen quod intelligunt intus datur. strepitus enim verborum ingerebant auribus vestris. nisi ille revelaret qui intus est. deficeret aliquis utrum sit verum quod dictum est. Erunt omnes docibiles dei. videtur quod non quia tamen hic docentur et per quos omnes trahentur ad filium. ad doctrinam et interiorem revelacionem. sit modo quod trahendi ad filium. ut dictum est supra ad oppositum est dictum Christi. ad hanc questionem potest dici sicut dicit Augustinus de predestinacione sanctorum. ubi dicit quod ad dictum est quod omnes erunt docibiles dei. sit distributio accommodata. ut sit sensus quod omnes quod omnes qui docentur a deo docentur et ponit exemplum Augustinus. sicut dicimus de aliquo litterarum magistro. qui in civitate solus est loquimur. dicimus. omnes iste de civitate litteras docet. non quia omnes discant. sed quia nemo nisi ab illo discat. quicumque litteras discit. ita recte dicimus. omnes deus docet venire ad Christum. non quia omnes veniant sed quia nemo aliter venit. Secundo modo potest dici ad hanc questionem. secundum sensum quod licet quod dictum est omnes deus vult salvari et plurimi. Tercio modo potest dici ad hanc questionem. quod omnes inquantum est ex parte dei erunt docibiles. vult enim deus omnes homines salvos fieri. et ad agnicionem veritatis venire. sed quod aliqui non doceantur defectus ex parte eorum est. Sol enim quantum est de se omnes illuminat. si enim aliquis claudat oculum. solem non videbit non propter defectum solis. sed propter defectum

sui. Notandum est quod exponit hoc quod dictum est. Erunt omnes docibiles dei a patre cognoscitur quod tractus iste de quo dictum est supra. nullam violenciam dicit. nec aliquam necessitatem imponit unde Augustinus super Io. Est quomodo trahitur quod trahit enim docendo de veritate. non necessitatem imponendo. Unde ad dicit. Omnis enim qui audivit a patre. scilicet revelante ponit attractionis efficaciam. Efficacia autem huius attractionis est. quia per hunc venitur ad filium. et hoc est quod dicit littera. Omnis enim qui audivit a patre. scilicet revelante et didicit. scilicet capiendo. ita quod non solum audiat. sed etiam audita. et auditis consenciat. venit ad me. id est incipit incorporari et membrum meum fit per fidem formatam. Notandum est quod ad Christum tribus dicitur. primo quod per cognicionem instructa veritas audiatur. et veritati audite consenciatur. et de hoc dictum est in littera 2o per desiderium et haustum bonitatis iusticie. vii o Si quis sitit. id est desiderat veniat etc. 3o venitur ad Christum per operacionem rectam. ipse enim ait venite ad me omnes. qui laboratis et onerati estis. Deinde cum dicit. Non quia patrem vidit quisquam excludit errorem huius. quod aliquis putaret hic ex littera precedenti. dictum est enim. Omnis qui audivit a patre. et didicit. ex quo dicto posset opinari quod homines visibiliter audierunt a patre. et ab eo didicerunt. hoc excludens Christus dicit. Non quia patrem vidit quisquam. Exodi xxxiii o. Non videbit me homo et vivet. vel quicumque. nec homo nec angelus videt patrem visione comprehensionis. Deinde cum dicit. Amen amen dico vobis. Postquam Christus expressit modum veniencium. hic satisfacit eorum dubitacioni. dubitabant autem iudei de verbo Christi dicentis. Ego sum panis qui de celo descendi. et ideo Christus volens eorum dubitacioni satisfacere probat

sic ergo panem vivum qui de celo descendit
et hoc probat tali racione. Ille panis qui
dat vitam mundo de celo descendit et hoc
probat tali racione. Ille panis qui dat
vitam mundo de celo descendit. Sed ego do
vitam mundo. ergo descendi de celo. Ista
habent racionem. sicut Christus predixit. quia primo
ostendit quod ipse vitam dat mundo. Secundo
quod ille panis quem manducaverunt fi-
lii Israel in deserto. non dabat vi-
tam mundo. ibi patres vestri. Tercio ostendit
quod solum ille panis qui de celo descendit
vitam dat mundo. Secundo. ibi. hic est
panis. Quarto concludit sic ergo panem
vivum. qui de celo descendit. ibi. Ego
sum panis vivus. Primo ergo Christus ostendit
quod ipse dat vitam mundo. dicens Amen
amen dico vobis. id est vere vere dico
vobis. qui credit in me fide scilicet formata
habet vitam eternam. Et verum qui credit in
me habet vitam eternam. quia Christus est panis
vite. crederet aliquis. unde sequitur
quod dixit Christus. qui credit in me
habet vitam eternam. Notandum est quod hoc potest de-
clarari duobus modis. primo sic. ac si
Christus diceret. qui credit in me habet me
habet vitam eternam. quia credendo est quod deum habet
qui autem habet me habet vitam eternam. Christus enim
summa vita est et vita. Christus sum verbum. verbum
autem est vita eterna. Secundo modo potest de-
clarari sic. quicumque continuatur pani
vite habet vitam eternam. Sed qui in Christum
continuatur pani vite. quia per fidem
formatam continuantur membra capiti Christo
ergo qui credit in Christum habet vitam eternam
Secundo ad dicat. patres vestri. ostendit quod
ille panis quem manducaverunt
patres in deserto. non dabat vitam eternam
et hoc est quod dicit. patres vestri mandu-
caverunt manna in deserto. et mortui
sunt. ac si dicat Christus. ex hoc apparet
illius cibi defectus. quia non conser-
vabat a morte. Notandum est quod

notabiliter dicit Christus patres vestri. vocat enim
illos patres. quorum isti erant filii. non solum
secundum carnis originem. sed etiam secundum carnis
imitacionem. erant enim murmuratores. sicut et
eorum patres. qui murmuraverunt in tabernaculis
suis. Notandum est quod dicitur est autem — dicit vel erat
illum cibum quem manducaverunt patres in
deserto. et cibum nostrum sacramentalem. ille enim cibus
tantum significabat. iste autem cibus continet
quod significat. continet enim ipsum Christum. et
Christus continet vitam. quia Christus est vita
et. utrumque ergo istorum ciborum. duobus modis
potest sumi. vel quantum ad signum tantum. ita
quod sumatur precise cibus tantum. non intellecto
significato. et si sic sumatur precise cibus
non tollit mortem. nec spiritualem. nec corporalem
Secundo modo potest sumi utrumque horum ciborum
inquantum sub eis intelligitur cibus
spiritualis. per quem reficitur et saciatur
gustus spiritualis. et si sic sumatur utrumque
istorum ciborum. potest manducari spiritualiter
ex qua manducacione sequitur vita spiritualis
eorum. qui spiritualiter manducaverunt manna
spiritualiter mortui non sunt / Sicut qui eu-
karistiam spiritualiter manducat spiritualiter
vivunt / Attendendum tamen quod plus et prius
eukaristia largitur vitam. Manna enim
autem spiritualem intellectum habebat per simili-
tudinem et analogiam ad cibum eu-
karistie. cuius erat figura. Notandum
est enim quod manna erat destillacio celestis
sive similitudo angelica. unde dicitur panem
angelorum. post gustacionem divi-
nam. que omnia pertinent convenienter eukaristie
est enim eukaristia cibus celestis racione
originis. Est enim etiam cibus hominum non
omnium. sed illorum qui eam per fidem formatam
in spe assequuntur societatem angelorum
Est etiam cibus vivificans. quia largitur
vitam eternam. ut supra dictum est. Secundo
cum dicit. hic est panis. ostendit quod
ille panis qui de celo descendit lar-
gitur vitam eternam dicens. hic est panis
de celo descendens etc. quasi dicat Christus

panis qui de celo descendit largitur
vitam. Ergo sic talis ego conveniret ali-
quis. videlicet quod panis de celo descen-
dens semper vivificat. Vnde et quia unum-
quodque omnibus inmittit secundum proprietatem sue
nature. Et quia celestia incorruptibilia
sunt, ideo omnibus celestibus tamquam incor-
ruptibilem vitam incorruptibilem largitur. semper
vivificando. quamdiu enim manet vi-
vificat. Deinde cum dicit Ergo sic panis
vivus. concludit Christus se esse panem
vivum. Ad cuius evidenciam notandum est
quod iste panis est in quiditate nobi-
lis. ipse enim est Christus. Et ideo Christus dicit. Ego
sum panis vivus. Secundo est in origine
sublimitate. originatur enim de celo. Et ideo
Christus dicit qui de celo descendi. Tertio
est in fine ultimata utilitate. quia si quis
manducaverit ex hoc pane vivet in
eternum. Et panis quem ego dabo. Post-
quam Christus dixit quod ipse de celo spiritua-
liter descendit, ad omnes sacramentale
descendens spiritualiter ad corpus suum. Et
dividitur hec pars in quatuor partes quia primo
quod Christus instituit. Secundo iudei litig-
ant. ibi litigabant ergo iudei. Tertio vero
litigium repressit explanando dicta
sua. ibi dixit ergo eis Ihesus. Quarto multi
non ardentes discedunt. ibi Ex hoc
discipuli eius multi. Primo ergo Christus instituit
in quibus omnibus eucharistie describit
primo quantum ad essentiam sacramenti. quod dicit panis
ubi notandum est secundum Theologum quod panis
a nobis in ministerium assumitur. non solum
significatum continet carnem Christi. sed ipse ... vera
caro Christi. transmutatus autem in eucharistia
sensibilibus nobis. sed quare non videmus carnem
Christi panem. quia si carnem videremus horror
nobis in eius sumptione invaderet. non
ut inter infideles condescendat. tale
videret nobis omnibus. secundum quod eius consue-
tudini competebat. Secundo describit
hic omnibus sacramentalibus. quantum ad
institucionem. quod dicit quem ego dabo

dicens. enim quem ego dabo pro proprietate sua
demonstrat. racione vel sacerdos consecrat. cum
Christus dat virtutem sacramento. nam
sicut Christus sua propria voluntate dedit
se in cibum. Tertio describitur hic sacramentum
quantum ad veritatem. quod dicit. Caro mea
est. quod enim sunt nec est corpus Christi. Ubi
advertendum est quod ad Christum sit caput
ecclesie. Deinde ipsum ... ecclesie
... autem mortem prius fuit ecclesie per
modum ex latere. Cum enim esset vita ...
... enim vita ad quam itur. ...
se vitam perquiditur. Nunc autem est prius
in celo localiter. et per modum primi. nobis
autem est prius sub velamine. sacramenti
et per modum habitus. Corpus enim sunt nobis dedit
in cibum. Intelligendum enim quod amor
non sinit esse ... absentem. amor
autem est Christi sponsi ad sponsam ecclesiam
ex quo sequitur quod hic amor facit
eum presentem ecclesie. Quarto describitur hic
sacramenti utilitas. quod dicit pro mundi vita
ubi aperte ostenditur quod utilitas huius sacramenti
magna est. quia nobis efficiat vitam spiritu-
alem et universalem. quia vita quam
efficiat hoc sacramentum non tantum est unius
hominis. sed est tocius mundi. Hoc autem sacramentum
sicut ait Augustinus omnes vivificat
qui Christo incorporantur. unde Augustinus
o sacramentum pietatis. o signum unitatis
o vinculum caritatis. qui vult accedat
ut accedat incorporetur. ut vivificetur.
Attendendum est tamen quod in hoc sacramento est
duplex manducatio. scilicet spiritualis et sacra-
mentalis. enim spiritualiter carnem Christi manducat
et sanguinem bibit qui particeps sit
unitatis ecclesie. Et qui Christo capiti per
caritatem incorporatur. et qui sic manducat
vitam in se ipso. Secunda manducatio est
sacramentalis. Quidam enim manducant
sacramentum dominicum. Et hii sunt qui man-
ducant sibi ad iudicium. non habentes
vitam in se ipsis. Deinde cum dicit. litiga-
bant ergo iudei. posita Christi doctrina

de sumptione tibi sacramentum. Hic ponitur iudeorum litigium. Litigabant enim iudei dicentes: Quomodo potest hic dare carnem suam ad manducandum, quasi dicerent hoc est impossibile. Ad hoc autem evidenter [?] notandum quod hic a bonis sacramentalibus [?] tibus unitatis quo reficiuntur unanimes, unde psalmus: Iusti epulentur et exultent in conspectu domini. Et sequitur: Deus habitare facit unanimes in domo. Contra iudei quia hunc panem [?] unitatis non sumpserunt, non est mirum si ad invicem litigabant. Deinde ad quintum: Dixit ergo eis Ihesus. Posita Christi doctrina et iudeorum litigatione, hic Christus explicando suam doctrinam reprimit iudeorum litigium. In hac autem litigationis explicatione primo ponit huius sacramenti necessitatem, secundo huius sacramenti utilitatem, tertio huius sacramenti veritatem ibi: Caro mea vere est. Quarto huius sacramenti attingentiam et intimam [?] situatem [?] ibi: Qui manducat carnem meam. Primo ponit huius sacramenti necessitatem dicens: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quereret aliquis utrum hoc sit sacramentum necessitatis sicut innuit textus. Dicendum est quod sacramentum baptismi est necessitatis quo ad omnes, quia sine eo nullus recipitur ad vitam, unde oportet quod habeatur in re vel in voto. Sacramentum non eukaristie est necessitatis quantum ad adultos, ita quod recipiatur in re vel in voto secundum ecclesie instituta. In susceptione eukaristie exigitur actualis reverentia et devotio, quam illi qui non habent usum liberi arbitrii, sicut sunt pueri et amentes, habere non possunt. Et ideo eis nullo modo est danda. Secundo quereret aliquis de hoc quod dictum est: Nisi biberitis eius sanguinem. Secundum enim hoc videtur quod sumptio corporis et sanguinis sit de necessitate salutis. Ad oppositum est quia secundum

consuetudinem ecclesie aliquando [?] sacerdos solus communicat de solo sanguine, alii non communicant corpori tantum. Ad hanc questionem est dicendum quod secundum antiquam consuetudinem ecclesie, sicut omnes communicabant corpori, ita communicabant et sanguini. Sed propter periculum effusionis in aliquibus ecclesiis servatur ut solus sacerdos communicet sanguini, reliqui non [?] corpori. Nec tamen hoc contra sententiam domini, cum sub utraque specie Christus continetur. Secundum quantum ad corpus et sanguinem: sub speciebus tamen panis continetur corpus ex vi conversionis, sanguis non ex [?] naturali concomitantia. Sub speciebus vini non continetur sanguis ex vi conversionis, corpus non ex concomitantia. Deinde cum dicitur: Qui manducat meam carnem, ponit huius sacramenti veritatem. Hic ponit huius sacramenti utilitatem. Ad cuius evidentiam notandum est quod utilitas huius sacramenti se extendit ad vitam anime quantum ad hoc quod dicit: Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum habet vitam eternam. Extendit etiam se ad resurrectionem corporis quantum ad hoc quod dicit: Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Quereret aliquis quomodo verum est id quod dicitur [illegible]. Qui manducat [?] ... Sed multi sumunt hoc sacramentum ad iudicium. Dicendum est quod qui manducat sacramentaliter et spiritualiter, hic fuit ad vitam eternam, unde glossa: Si quis comederit in altari hanc comestionem de qua hic agitur, scilicet cum fide operante per dilectionem, hic comedit vitam eternam. Si quis non aliter comederit [?] in mortem. Quereret aliquis quid est comedere spiritualiter. Dicendum est quod comedere spiritualiter est attingere ad rem huius sacramenti. Res autem huius sacramenti est duplex: una contenta et significata, et est Christus integer qui continetur sub speciebus panis et vini. Alia est res significata sed non contenta, et hoc est corpus Christi misticum.

spiritualiter manducare [?]

ille ergo manducat spiritualiter qui xpo
coniungitur per fidem et caritatem. ille
non spiritualiter manducat qui contra tempus
et unitatem ecclesie. Secundum ibi dicit Caro me-
a. postquam dixit de sacramenti ne-
cessitate necessitate. hic dicit de sacramenti
utilitate dicens. Caro mea vere est cibus
Diceret aliquis quomodo verum est quod di-
xit xpus. Caro mea vere est cibus
quoniam est quod ille vere cibus est qui im-
mortalitatem vitam hic dicitur contra fi-
guram q. d. non intelligat quod fi-
guraliter loquitur. sed vere corpus meum et
sanguis continetur in sacramento altaris
vel quoniam est quod ille vere cibus est qui
habet effectum cibi quia vere saciat. sed
caro mea et sanguis vere saciat
ducat. u. ad vitam eternam. ubi non est
esuries. ergo habet rationem veri cibi. Tertium
ibi dicit Qui manducat meam carnem. declarat
de huius sacramenti attingencia et virtu-
ositate. et quantum dicit facit quia primo
ostendit virtutem et attingenciam
huius sacramenti. 2o manifestat quod dictum
dictum per quandam similitudinem. ibi. Sicut misit
me. 3o concludit duas conclu-
siones. ibi hic est panis. 4to se-
dat scandalum discipulorum. ibi.
Multi autem audientes. Ad cuius declarationem
primi notandum est. quod attingere xpum
i. est quod in xpo manere. et quia propter u-
nitatem huius cibi xpus manet in nobis
et nos manemus in xpo. ideo bene
dictum est. quod hic sacramentum habet supremam
et mutualem attingenciam. hoc est ergo
quod dicit xpus in litera. Qui manducat
meam carnem et bibit meum sanguinem in me ma-
net et ego in eo. Notandum est quod hec atti-
ngencia oritur ex manducatione spiri-
tuali. ita quod sit circumfluencia. Similiter
manducat spiritualiter xpo incorporatur
per caritatem. sed qui xpo incorporatur
per caritatem xpum attingit. ex quibus
patet quod dictum est. Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem in me ma-
net. habet locum ergo qui manducat

sacramentaliter tantum. ergo qui mandu-
cat spiritualiter xpum attingit.
Deinde cum dicit Sicut misit me
vivens pater. manifestat quoddam
quod dixit per quandam similitudinem dicit
enim sic. Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem. hic attamen
manifestat per similitudinem. sicut filius pro-
pter unitatem quam habet cum patre
recipit vitam a patre. ergo a simili
qui coniungitur xpo per virtutem huius
sacramenti recipit vitam a xpo. hic
autem similitudo duo ponit. primo enim po-
nit quod filius vivit per patrem. et
hoc dicit litera. Sicut misit me
vivens pater. et qui manducat me etc.
et ipse vivet propter me. Diceret
aliquis utrum hec similitudo possit
verificari de xpo. Dicendum est quod sic
Ad cuius evidenciam notandum est quod xpus
ad creaturam est quedam similitu-
do. hoc est inter xpum et crea-
turam. quia tam xpus quam
creatura est ab alio. Sed tamen
differenter. quia filius ita a patre
est quod eum recepit in se totam
plenitudinem divine nature. Crea-
tura autem est adeo quod quandam
participationem. Quantum ergo ad
hanc similitudinem dicitur in litera quod
sicut filius vivit propter patrem
ita et nos vivimus propter xpum.
Ad notandam tamen differenciam
dicitur in litera quod nos vivimus
manducando. Manducatio enim
dicit quandam participationem. Nos
enim non vivimus nisi xpo uniamur
per virtutem sacramenti. hec autem

vnio quadam participacionum acquirit
Secundo quereret aliquis. utrum ista simi-
litudo possit verificari de Christo. Similitudi-
nem. Dicendum quod consistit. et tunc quod sicut
licet. quod sicut Christus homo accepit
vitam spiritualem promissionem a deo
ita et nos accipimus vitam spiritualem
per eius sacramentum. Hec autem exposicio
licet. Duo includit. quod Christus est mi-
ssus. et quantum ad hoc dicit litera. Sicut
misit me pater. Secundo includit quod
missus vivit propter patrem. et quantum
ad hoc dicit litera. Sicut misit me pa-
ter et vivo propter patrem. Deinde cum dicit
hic est panis. concludit duas con-
clusiones. prima conclusio est de
Christi origine. Secunda de Christi virtute. ibi
Qui manducat et cetera. Quantum ad
Christi originem dicit. Hic est panis qui
de celo descendit. Non sicut qui man-
ducat hunc panem non moriuntur
sicut mortui sunt patres vestri. qui
manducaverunt manna in deserto. Et
hoc quia manna non descendit de vero celo
nec erat panis vivus. Notandum
quod Christum descendisse de celo potest
verificari duobus modis. vel quantum ad di-
vinitatem que quidem descendit non
per motum localem. sed per motum effectum
vel quantum ad corpus. virtus. id est fortitudo
corporis Christi fuit virtus celestis. sed virtus
[illegible]. Deinde cum dicit. Qui manducat hunc
panem. ponit secundam conclusionem que dicitur sit
de virtute. Qui manducat hunc pa-
nem. vivet in eternum. Sed contra sumitur
vita eterna. ergo qui manducavit
hunc panem. manet in vita eterna
vivet ergo in eternum. Deinde cum dicit. Hec
dixit in synagoga. ponit locum in quo
hec docuit. Multi ergo audientes
In ista parte Christus sedat murmuracionem
et scandalum discipulorum. et dividitur
hec pars in tres partes. quia primo enarrat
ponit discipulorum murmuracionem. Secundo
nitat explicatorem. ibi. Sciens autem
ihesus. 3o murmurancium reprehensionem
ibi. Sed sunt quidam ex vobis. Quantum
ad primum dicit. Multi ergo audientes
aure corporis non corde ex discipulis eius
familiaribus. scilicet ad gentibus dixe-
runt intra se cogitando. vel murmurando // ad murmur
durus est hic sermo id est crudelis et
horribilis. scilicet manducare carnem
suam. Quis potest eum audire id est quis
potest obedire. Notandum quod durum dicitur // quod
et quod resistat. ergo sermo est durus. vel
quia resistit intellectui. vel quia
resistit intellectui voluntati. Sermo
ergo durus et durus videbatur discipulis
vel quia excedebat intellectum eorum
vel quia voluntas eorum non perfecte
adherebat sermoni Christi. videbatur
enim eis quod loqueretur talia quibus
non esset perfecte adherendum. Deinde
cum dicit Sciens autem ihesus. ponit
discipulorum murmuracionis explica-
cionem a Christo. in qua explicatione
sedat discipulorum scandalum. Et
dividitur in duas partes. quia primo Christus
manifestat scandalum discipulorum.
Secundo removet causam scandali. ibi
Si ergo videritis. primo ergo denunciat
scandalum. Ad cuius evidenciam
advertendum est quod discipuli occulte dixe-
runt. durus est hic sermo. et hoc ut
non exaudiretur a Christo. sed Christus
qui virtute sue divinitatis occulta
manifestat. hic denunciat scan-
dalum. et hoc est quod dicit litera. Sciens
autem ihesus. quia scilicet nullum latet
secretum. sciens in quantum apud
semetipsum. scilicet sine aliorum revel-
acione. quia murmurabat de hoc discipuli. id est
aliqui discipulorum. qui secundum carnem
sapiebant. dixit eis. hoc quod dixi
de carne mea. et sanguine. vos
scilicet debiles et infirmos. scanda-
lizat. vocatur scandali. Deinde cum
dicit Si ergo videritis tollit occasionem

cau(s)a scandali. vbi notandum quod quia in-
de scandalizabantur et de persona
dicentis et de verbis dictis. Primo ergo
tollitur scandalum quod oriebatur
ex persona dicente. 2o tollitur scan-
dalum quod oriebatur ex verbis dictis ibi
Spiritus est qui vivificat. Ad primum de-
primum notandum quod isti qui credebant Christum
esse filium Joseph. quia ergo de se divina
dicebat scandalizabat. vnde Chrisostomus
dicit existimat eum de Joseph natum
non suscipiebant ea que dicebantur.
Christus autem volens tollere occasionem huius
scandali dixit. Si ergo videritis filium
hominis. acsi dicat. sicut dixit Nathana-
neli. non mireris de hiis que dixi
quia maiora hiis videbit. quando scilicet vide-
bit filium hominis ascendentem in celum
vbi erat prius. Diceret aliquis quo
Christus ascendit. vbi prius erat. Dicendum
est quod Christus ascendit secundum humanitatem.
ascendere enim non potest convenire divini-
tati ubi prius erat secundum divinitatem. Notandum
est quod secundum Augustinum. licet littera dicit legi-
tur videritis filium hominis ascendentem
ubi prius erat. etc. vel tunc videbitis
quod non eo modo. quo putatis erogat
corpus suum. sed integer ascendet in
celum. Notandum est secundum Thomam. non est
intelligendum ex dictis. quod corpus Christi
de celo descenderit. et postea ibi ascende-
rit. hic enim est Marthei heresis et Appo-
llinaris dictum. Sed est intelligendum
est. quia idem est dei filius et hominis. qui
erat in celo quantum ad divinitatem. et
ascendit quantum ad humanitatem. Deinde ad
2m Spiritus est qui vivificat. tollit
scandalum quod oriebatur ex verbis dictis
Ad cuius evidenciam notandum est secundum Christum
convenienter salvatori tale est spirituali
quod ea que divine sunt scripta audiunt. qui
autem carnaliter audit. nichil proficit
et hoc est quod dicit littera. Spiritus est qui
vivificat. id est verba mea spiritualiter intel-
lecta vivificat. Caro non prodest
quidquam. id est verba mea carnaliter
intellecta non prosunt. verba enim mea
que ego locutus sum vobis. si de carne
mea manducanda prius et vita
sunt. id est spiritualem sensum habent. et si intell-
lecta fuerint vita. Diceret aliquis
per quem modum verba habent spiritualem sensum
et per quem modum habent carnalem. Dicendum
est secundum Christum. quod carnaliter intellect-
um est quod simpliciter ea. que proposita sunt
et nichil plus imaginatur. Spiritualiter a-
utem est in misteria interioribus oculis inspicere.
Isti ergo carnaliter intelligebant. unde
intelligebant quod Christus suam carnem
divideret et dilaniaret. et daret eis
ad manducandum. Et ergo ait salva-
tor caro non prodest quidquam. non de carne
sua. sed de hiis qui carnaliter accipie-
bant intellexit. Notandum est quod secundum
Augustinum. licet verba caro non prodest quid-
quam debet sic intelligi. Caro Christi
est coniuncta verbo spiritui multum prodest
non enim caro per se ipsam vivificat. sed per verbum
a quo suscepta est. Deinde addit. Sed
sunt quidam ex vobis. posita dissolucione
murmuracionis et veritatis explicacione. hic
ponitur incredulorum reprehensio. Et dividitur
hec pars in tres. Primo quia primo Christus
reprehendit horum incredulitatem
Secundo removet quoddam dubium. 3o mani-
festat
tandem incredulitatem eorum. 2a ibi. Sciebat
bat. 3a ibi propterea dixi vobis. Dicit
ergo et reprehendit incredulitatem eorum
dicens. Sunt quidam ex vobis qui non
credunt. Notandum est quod notabiliter di-
xit. qui non credunt. et non dixit
qui non intelligunt. quia non intellectus
sequitur a non credere. unde propterea nisi
credideritis non intelligetis. Notandum
est quod certus Christus in verbis suis innuit
quod scandalum. quo isti scandalizati sunt
non fuit activum. sed passivum. quia de
Christo isti scandalizati. Causa
scandali vero non est doctrina sua.

quem eo loquutus sum vobis. sz insi-
delitas vicit. Secundum ad 3m sciebat
n. removet erroneam quorundam dubitandum
accedere ~~Credere~~ n. aliquis quod hic dominus
operibus innotuisset. erroneam autem
volens ostendere. quod a dominum dei
constitutionem suam cognoscebat
dixit. Sciebat n. ab initio ihesus
ac si dicat dominus hic non novit sed
ab eterno suam sibi materiam fuit.
Secundum ad dicit. Et dicebat propterea
dixi vobis. materiam tamen materiam durit
eorum. ubi notandum quod hec ad sunt
defectus qui attrahunt. Et 10 dicit
Et dicebat manifesto. fidem in-
credulitatis eorum. propterea dixi vobis
super eodem capitulo. Secundum nemo potest venire
nisi cui fuerit datum a patre meo dominus
quod gratis datur. quod propter se disponat
vel quod gratiam faciunt. propter deo
placet. Secundum ad dicit. Ex hoc discipuli
posita Christi doctrina. posito medio
litigio. posita circa apprehensione
huius litigii. hic ponitur quorundam di-
scipulorum dissensio. secundo ponitur discipulorum
xii examinacio. ibi. dicit ergo ihesus
ad duodecim. Dicit ergo primo quod hic mul-
ti discipuli. i. qui discipuli videbantur. sed non erant
secundum electionem. sed si erant. erat secundum
presentem iustitiam. abierunt retro a se
credendo. Christum dimittendo. et in-
de ad legendum. Et non iam cum illo
ambulabat. Quomodo a nobis requi-
ratur. ut ad deum ambulemus. respice
vi°. Indicabo tibi quid sit bonum et
sequitur sollicitum ambulare ad deo
tuo. Notandum quod secundum Augustinum. quod pe-
tro dictum quod quia. vicesimo. vade retro
me. Isti autem abierunt retro. non
quidem sicut petrus. sed post satha-
nam. vel diabolum quod. sicut dicit Christus
Abierunt retro ab ea auditione. quae
secundum intuitu et fidem qua olim ha-
bebat perdiderunt. Secundum ad dicit
dixit ergo ihesus ad xii. ponit

xii. apostolorum examinacio. et primo
ponitur hec examinacio. secundo discipulorum
responsio. 3o hec responsio corrigitur
ibi. respondit ei Simon petrus
ibi. respondit ergo eis ihesus. Dicit ad
ad primum dicit. numquid et vos vultis abire
abire. i. a mea doctrina recedere. Si
recederet aliquis quare dominus hoc quesivit
ad hoc verum est quod. interrogavit eos
vellent abire. ausus ab eis com-
munitatis. et volens eorum confidentia
detineri. hic n. volens ponit in
eorum arbitrio an velint abire
ut forte quesivit ignorare existima-
verit. sed opus quoniam facere eum non debuit.
quando Interrogat. numquid et vos
vultis abire. Secundum ad dicit. respondit ei petrus
Ingi... responsione primo quod quae dat Christus suf-
ficiencia. videns ei petrus con-
discipulis dixit. Dicit ad quem
ibimus. q. d. secundum Augustinum. da nobis
alterum te si nunc vis recedere recede
a te. Notandum quod secundum Chrysostomum. quomodo pe-
tri fuit magne amicitie. videns Christus
hortavit unum multe amicitie et ostr-
sum. quia discipulis Christus sunt honora-
bilior. quam patres et matres. Secundo
commendat petrus Christi doctrinam
dominus verba vite eterne habes. i. in quibus
ostenditur vita eterna. Notandum
quod secundum Chrysostomum. quod petrus audierat in-
quit dicentem quod resuscitabo eum
et habebit vitam eternam. Et ideo ostendit
se recordari horum verborum. dominus verba vite
vite eterne habes. i. in quibus ostenditur
vita eterna. vel habes verba quae ducunt
ad vitam eternam. 2o petrus pro-
fitetur suam fidem dicens et nos cre-
dimus et cognovimus. Notandum quod
secundum Augustinum. et notabiliter dixit pe-
trus. credimus et cognovimus. quia
credendo propter dixit cognoscere. non
nisi credideris. non intelligetis
Nota etiam quod petrus in sua con-
fessione dicit. Tu es Christus. in quo
confitetur Christum unctum quod plenitudine

sanctitat. 2o dicit filius dei q
aliquo consistit pricia et filius dei
xpus spiritus. s. christus et ambor. De
nd ad dicit. No ego vos corrigi
infusio petri. Adamus evidencia no
tandum est q petrus et nos credimus
et cognovimus. in illud expressus
xpus aut expressus iuda dicit
no ego elegi xij et cetera. queritur aliquis
quare iudas fuit electus. si non
fuit electus. videtur q electio dei fuit
cassa. Dicendum est secundum Aug. q sicut
mali male utentes virtutes
virtutum bonis ita deus bene utitur
malis usus non est de malo iude
permisit se tradi ut nos redimeret
et elegit iudam malum ut conso
laretur infirmitate. quod si mam
si aliud contingat nos ab inimic
tradi. ponit ut legimus in grecia
dictum a discipulo vel elegit iudam
non sunt sed ad aliud officium vel sta
tum fuit iustitiae vel dicendum est q in
ista electione solum commendat duo de
nainus ivus ut non ait Aug. non
quoniam vinus perijt. nominum honori ad
ceptus est. loco non illius mathias
se licet est subrogatus et cetera.

Et ambulabat ihesus in
pte ista. postquam xpus
ostendit se verum cosma
torem. hic ostendit se verum doctorem
et dividitur h.p. in d. p. quia primo ponitur
quedam precedencia doctrina xpi
2o subditur illa doctrina. ibi iam
aut die festo mediante. Circa primum
primo ostenditur persidia iudeorum ad p
sequendum. secundo vanitas consan
guineorum ad persuadendum. ibi Erat
aut in proximo. 3o humilitas ad
condescendendum. ibi dicit ergo eis ihesus
4to animositas iudeorum ad inquirendum
ibi dicitur ergo eis ihesus iudei aut di
cebat querebat primo ergo ostenditur persi
dia iudeorum ad persequendum. et no
dicitur in lra q xpus nolebat

in iudea ambulare. quia querebant eum
interficere. queritur aliquis cum xpus
non potuisset interfici. quare declinavit eum in
tempore. q nolebat in iudea ambu
lare. Ad hoc dicendum est secundum Crisostomum. q xpus
aliud ostendebat quod esset divinitas.
aliud que humanitas. fugiebat persecu
tores ut homo. aliud aut persecu
toribus apparebat. ut deus. virumque
tamen existens. Aliquo tempore reddit ... viii
theologum. sit dicitur. Recessit etiam nunc
in galilea. quia non tempus passionis
advenit. vir vanum reputabat in
medio inimicorum esse et eos nunc ad eorum
mactare. 3o pro dicta. q hic xpus fecit
condescendendus infirmitati nostre. unde
Aug. Futurum erat ut aliquis fidelis
xpi absconderet se. ne persecutoribus
inveniretur. et ne illi illi crimine
obiceretur latibulum precessit in capite
quod in membris confirmaretur. et
idem Aug. xpus potenciam suam
demonstravit quod voluit. sed infirmi
tatem nostram probebat quod non. non non tempore predi
dicat potestatem. sed nostram consolabatur
fragilitatem. Deinde cum dicit Erat aut
dies festus. ubi ostenditur vanitas con
sanguineorum xpi ad persuadendum
persuadebat non sibi ut ascenderet
ad diem festum et primo quid sit men
cio de die festo. 2o ponitur ipsa per
suasio. ibi Dixerunt aut fratres. 3o
ponitur ipsa ratio ipsius persuasionis
ibi nemo et discipuli. 4to ab evangelista fit
mencio sine assignacione talis racionis
ibi neque non sit ergo primo mencio de ipso
festo. unde dicitur Erat aut dies festus
iudeorum et cetera. notandum est q scenophegia
erat unum de solempnitatibus festis
iudeorum. et fiebat xv die mensis
septimi. Sonat aut scenophegia fixi
onem thabernaculorum. quia in festo illo
iudei per septem dies habitabant in um
braculis in memoriam. quod xl annis
habitaverunt in thabernaculis in deserto
extendebat aut hoc festum vii diebus

quorum primus et ultimus erant solem-
pnes. octauus erat dies solempnior ceteris
non quia erat de scenophegia. sed quia eo die
conueniebant ad faciendum collectam forte
in usus pauperum. vel in alios usus
quosdam. Notandum est secundum Crisostomum quod ewangelista
facit mencionem specialiter de hoc festo. Cuius
racio est. ut ostenderet quod multum tempus
pertransiit ab eo tempore. quo in miraculo de
panibus erat prope dies festus pa-
sche. Nunc autem dies festus sceno-
phegie. Et sic nichil posuit eorum que
in mensibus intermediis per dominum
facta sunt. ut intelligamus. quod licet
dominus indesignanter signa faceret. e-
wangeliste tamen precipue scribunt illa dicta
propter que aut querela aut quedam contradi-
aimdeys cio subsequebatur. Deinde cum dicit. Dixe-
runt autem ponitur consanguineorum
Christi persuasio. persuadebant enim Christo
ut ascenderet in iudeam ad diem festum
et hoc est quod dicit littera. Dixerunt autem
ad eum fratres. Notandum est secundum Theophilum
quod audiuimus fratres domini cogitare debemus
consanguinitatem nec non autem cogitare
debemus matrem eius peperisse nulla compa-
gine. Sicut enim in sepulcro positum est
corpus domini ubi nec ante nec post mor-
tuus iacuit. Sic uterus matris nec ante
nec postea quemquam mortalem concepit. De-
inde cum dicit. ut et discipuli tui. ponitur racio huius
persuasionis. Ad cuius euidenciam notandum
est quod isti persuadebant Christo. sicut homines
glorie cupidi. Est autem proprium talium. ut
quidquid sit ab eis. uel a suis osten-
datur in publico. ut uideantur ab hominibus
et ideo isti Christo persuadent. ut publicet
opera sua. unde et dicit. ut et discipuli
tui uideant opera tua que facis. nemo
in occulto aliquid facit etc. Secundo isti
in suasione quasi sub dubio ponunt
utrum Christus ea miracula faceret. unde
et dicit. Si hec facis manifesta te ipsum
mundo. Deinde cum dicit. neque enim fratres
eius assignat racionem dicti. Dictum

sub dubio

est enim quod isti quasi in dubio ponebant utrum
Christus ea miracula faceret. Huius assignat
racionem ewangelista dicens. Neque enim fratres eius
credebant in eum. Unde Augustinus. Isti consan-
guinei domini hec potuerunt. credere autem
in eum ipsa consanguinitate fastidierunt
uel sepe inuenit hostes domesticos eius.
Deinde cum dicit. Dixit ergo eis ihesus. po-
nitur qua declaratur et de perfidia infidelium ad
persuadendum. et uanitate consanguineorum
ad latendum. Hic subditur Christi humi-
litas ad diuertendum. et ad latendum
Christus enim ex sua humilitate fugiens
gloriam humanam. distulit ascendere in
templum. Et primo quidem Christus assignat
racionem quare ascendere non debuit. Secundo
ostenditur quo ascendit ibi. Hoc
ad dixisset. prima intencio. Respondit Christus
non assignando causam quare ascendere
non debuit. primo designat tempus in-
dispositum. Secundo assignat dictorum
racionem ibi. Non potest mundus. Tercio
aperte recusat ascendere ibi. vos ascen-
dite. Designat ergo primo Christus
tempus indispositum dicens. Tempus meum
nondum aduenit. tempus autem vestrum semper
est paratum. ac si dicat Christus secundum Augustinum
vos inuitatis me ad gloriam. tempus autem
meum id est glorie mee quo ueniam iudica-
turus. adhuc nondum aduenit. tempus autem
vestrum quo mundi gloriam queritis. semper
est paratum. quasi dicat Christus. Duplex est tempus
futurum et presens. Ad tempus futurum perue-
niunt sancti per tribulaciones. nam tamquam
aurum probauit eos dominus in fornace
et in tempore erit respectus eorum illorum. Et
hoc tempus non semper est paratum. sed in spe
expectatur. Aliud est tempus presens
in quo mundana gloria queritur. De-
inde cum dicit. Non potest mundus odisse
vos. assignat racionem dictorum. posset
enim aliquis querere a Christo et dicere. Quare
illorum qui querunt gloriam mundi semper
est paratum. Ad hoc respondet dicens. quod ideo semper
est paratum quia ipsi mundo consenciunt
et mundus eis. Et hoc est quod dicit Christus

no pt mundus adisse nos. ac si
dicat tpus gle mee semp est in ppetu-
u. quia sequimini complacentiam
mundi. Scdo posset aliquis querere a
xpo et dicere. quare tpus suum et scolarum
non semper est paratum. Ad hoc ipse respondet
quod non paratum non est. quia mundus odit
et a mundo oditur. nec eius gloriam
sequitur. et hoc est quod xpus dicit
Me autem scilicet mundus. vos autem me
odit. quia testimonium perhibeo de illo. i.
quia opera eius redarguo. Notandum
est quod secundum Augustinum via deviandi ad
gloriam futuram est humilitas. et non
gloria mundi. unde Augustinus. Videntes sub-
tat nos amatores huius seculi. Dicat
eis tpus vestrum paratum est. tpus autem
meum nondum advenit. excelsa non
patria humilis via. qui recusat vi-
am. frustra querit patriam. Notan-
dum est quod exprimit per hoc quod dicit quod
odium causatur ex redargutione
malorum operum. quasi dicat. xpus mundanos
non odit. quin eadem ad ipso
voluit. sed me autem odit quod apud
redarguo. Notandum est quod secundum Chrisostomum
hoc ita debet sic legi. tpus meum
scilicet crucis et mortis. nondum advenit ut
mittam in iudeam ad recipiendum
mortem. tpus autem vestrum semper est
paratum. quia sine periculo potestis commu-
nicari eis et huiusmodi est. quia non potest
odire vos eadem zelantes et ama-
tes cum eis. Notandum est quod secundum Chrisostomum
dicat hic insinuari videtur. hos con-
sanguineos xpi noluisse prius perdere
et tradere iudeis. et ideo xpus dicit.
Tpus autem vestrum semper est paratum. ac
si dicat vos non interficient. quia eadem
zelatis cum eis. Deinde cum dicit. vos
ascendite ad diem festum hunc. ponitur
tpis indispositio. et dictorum ratione
in parte ista ponitur xpi recusatio. recusat
enim ire ad diem festum. dicens. vos ascendite
ad diem festum hunc. ego autem non as-
cendam etc. Queret aliquis quare
xpus hos non retinuit secum. sed permisit
eos ascendere. Dicendum est primo quod hoc

// omnes
fecit ad docendum omnem humilitatem
et vitandam vanam gloriam. unde Chrisostomus
Si xpus vane glorie passione detineretur
retinuisset eos secum. vane glorie cupidi
consueverunt multos habere secum qui se-
quantur illos. Scdo hoc fecit ad vitandam
omnem adulationem. unde Chrisostomus. xpus dicit
vos ascendite ostendens quod eis blandiri
non vult. sed concedit eis iudaica facere
Tertio hoc fecit xpus ad ostendendum
quod ipsi querebant gloriam mundi. quasi dicat. Vel
secundum Augustinum. vos ascendite ad diem festum
hunc. vel gloriam humanam querite. ubi ex-
tendere vultis carnalia gaudia. non eterna
cogitare. Notandum est quod salvator innuit
in verbis istis duplex festum. festum scilicet con-
sanguineorum. et hoc est festum temporalis le-
ticie. Secundum festum est solempnitatis eterne
et de hoc festo dicit Augustinus. et de hoc
festo dicit salvator. vos scilicet qui consi-
deratis gloriam mundi ascendite ad diem
festum. scilicet temporalis leticie. Secundum festum est solempnitatis
eterne. et de hoc festo dicit Augustinus. de
hoc non est diebus paratus et transiens
sed permanens in eternum ipsa enim festivitas
erit gaudium sine fine. eternitas sine
labore. serenitas sine nube. hoc autem
festum nondum advenit. et ideo dicit salvator
tpus meum nondum est impletum. Deinde
cum dicit. hec cum audissent. postquam osten-
sum est quod xpus non ascendit in principio
festi. hic ostenditur quod postea ascendit. et primo
ponitur post ascendendi dilatio. 2o post ipse as-
census ibi. ut autem ascenderunt. 3o
ponitur ascendendi modus ibi non manifesto
distulit ergo xpus ascendere. et dicitur in
littera. hec cum dixisset mansit in galilea
non ascendens. scilicet cum cognatis. Deinde cum
dicit. ut autem ascenderunt. ostenditur quomodo
xpus ascendit. ascendit enim non cum
fratribus. sed post fratres. Queret aliquis
de hoc quod dictum est. de hoc quod xpus ascendit
postquam fratres ascenderunt. primo enim
dixit quod non ascenderet. nunc autem dicitur
quod ascendit. ergo videtur contrarium sibi ipsi. Ad
hanc questionem. Dicendum est secundum Augustinum

do vnde venio aut quo vado ergo po
ssum verum testificari de meipso. Tertio
potest sic formari vero. deus est sibi ipsi
sufficiens. quia deus est lumen lucis
aut est manifestatiuus sui et alia. Sed
ego sum deus. scio enim vnde venio
aut quo vado. Scio vnde eo prima
men. Scio enim eo medium ex deo ergo
possum testificari mihi ipsi. Deinde cum dicit
vos autem nescitis. ostendit quod hec
lux est ignorata ab eis. et primo dicit
Secundo ponit causam ignorantie vos secundum
carnem. Deinde ostendit quod hec igno
rantia non est in eo. et causa non indicato
Et dicendum ad primum aduertendum est
quod xpus est lux de luce. quia ratio
sua est in ortu a patre. ex quo sequitur
quod quicumque ignorat ortum istius lucis
ignorat ipsam lucem. iudei autem
ignorabant ortum istius lucis. ergo ig
norabant ipsam lucem. Et hoc est quod
dicit littera. vos autem nescitis vnde ve
nio aut quo vado. i. nescitis eternum
meum processum a patre. Job. xxviijo
vnde ergo venit sapientia. Ysa. liijo Generationem
eius quis enarrabit. Deinde cum
dicit. Vos secundum carnem iudicatis. ponit
causam ignorantie. Vbi notandum
est quod iudei ignorantes erant. quia
nichil attendebant xpo. nisi sicut
puro homini. vnde et dicebant quod iude
ceus erat sibi. sicut et vnitamque

alteri hominum testimonium perhibere
de ipso. Hanc ignorantiam ostendit
Christus dicens: Vos iudicatis, id est
sententiatis de me secundum carnem, id est
secundum hominem, id est ac si esset purus homo
quem non decet laudare se ipsum. De-
inde cum dicit: Ego non iudico quemquam,
ostendit eorum ignorantiam non esse in eo.
Et ideo dicit: Ego non iudico quemquam,
scilicet iudicio suo et damnationis. Cuius
ratio est quia veni non ut iudicarem
mundum, sed ut salvarem mundum. Et si
ego iudico, id est de aliquo sententiam,
non ignorantiae hoc facio sicut vos
facitis. Et iudicium meum est verum
quia solus non sum, sed ego et qui misit
me pater. ac si dicat: pater meus est
qui me generando, generando autem me
communicat in essentia sua, communicando
autem essentiam communicat veritatem. ex quo
sequitur quod ego sum veritas. veritatis autem
est reddere testimonium verum. Notandum
est quod in verbis istis datur intelligi du-
plicem adventum. Primum in quo
non iudicat, sed salvat, et secundum quo
iudicabit, quia pater omne iudicium de-
dit filio. Secundo datur intelligi quod inter
patrem et filium est distinctio personarum
in persona et unitas essentiae. Non
enim dicit: ego sum pater et ego sum filius,
sed dicit: non sum ego solus, quia mecum
est pater. Et ex hoc excluditur error
Sabellii qui ponebat quod pater et filius
non distinguerentur nisi secundum nomina.
Deinde cum dicit: Et in lege vestra scriptum
est, ostendit quod testimonium suum est legitimum
et ponit talis ratio: testimonium quod est
consonum legi est legitimum; testimonium
meum est huiusmodi. Antecedens ratio est quia secundum
legem statutum testimonium duorum. Sic
autem est in testimonio meo, quia non solum
testimonium perhibeo de me ipso, sed testi-
monium perhibet pater. Ibi: Ego hodie
genui te. Et ibi: Hic est filius meus
dilectus. ac si dicat Christus in verbis
istis: lex vestra approbat testimonium duorum
hominum, qui decipi possunt multotiens. Debet
approbare testimonium meum et patris qui
non possunt decipi. Obiceret aliquis
de hoc quod duorum iterum testimonium sunt pro-
bat per legem, quia duorum testimonium
verum est. Sed hoc argumentum valere non videtur
quia in lege quando aliquis testatur de se
et alius de eo non reputatur nisi pro uno
testimonio. Et sic videtur quod testimonium Christi non fuit
nisi unum. Ad hoc dicendum est quod Christus
facit questionem istam. Dicendum quod hic datur
est ad ostendendum quod filius non est minus
testis a patre. Et pro eius eque bene testari
potest de se ipso sicut pater. ac si dicat: non
est simile de homine et deo, quia deus in re-
spectu creature testari potest de se ipso; et pro eius
filius et testimonium verum est. Deinde cum
dicit: Dicebant ergo ei, ostendit quod lex est
occulta. Hic autem ostendit Christus respondendo ad
interrogationem phariseorum. Primo ergo
ponitur interrogatio. Unde dicit: Dicebant
ergo ei: Ubi est pater tuus? vel potest dici
quod Iudei hoc dixerunt. Notandum
est quod Iudei credebant Christum habere patrem
purum hominem. Et ideo quia Christus di-
xerat: non sum ego solus, sed ego et qui
misit me pater, interrogant ubi est pater
tuus. vel potest dici quod Iudei dixerunt
hoc ironice, ac si dicat: ignotus est
et ignobilis pater tuus. quid ergo
sic ad frequentiam inducis? Deinde cum dicit
Respondit Ihesus, ostendit quod lux patris et
filii est occulta. Et primo hoc ostendit. Secundo
quod via deveniendi ad patrem est
filius, ibi: Si me sciretis. Dicit ergo
ad primum: Neque me scitis secundum divinitatem
scilicet neque patrem meum. ac si di-
cat: ego et pater habitamus lucem inac-
cessibilem. Et ideo non est mirandum si ea

ignoratis. Deinde ad dicat: Si me sciretis, ostendit primam dicendi ad patrem, et quia patri similis est filius. Ubi advertendum est quod illud verbum ostendit quod inter patrem et filium est unitas in substantia. Aug.: Quid in ipsis aliquo alio silentio cottidiana locutio est. Et si quem vidisti et illum. Eo modo hic ostenditur: Si me utique sciretis et patrem meum sciretis. Non quia pater est filius, sed quia patri similis est filius. Theoph.: Si cognito filio cognoscitur et pater, igitur patri consubstantialis est filius. Notandum est quod hoc dictum non est, forsitan non est positum hic dubitative, sed increpative. Aug.: Homines de rebus quas certas habent aliquando verbum dubitationis ponunt, non si indigneris servo tuo et dicas: contemnis me, et forsitan dominus tuus sum. Sic et dominus dubitando increpat infideles cum dicit: forsitan et patrem meum sciretis. Notandum est quod aliquis possit sic arguere: Iudei cognoscebant deum et non cognoscebant patrem christi, ergo videtur sequi quod pater christi non fuit deus quem colebant in veteri testamento. Ad hoc patet dicendum quod deus quem colebant erat pater christi, sed tamen non cognoscebant ipsum sub hac ratione. Cognoscebant eum sub ratione deitatis et non sub ratione paternitatis. Deinde ad dicat: Hec verba locutus est, ostenditur quod ipse liber et virtuosus, quia repellit persequentium. Ad. n. [?] docuit, apprehendi non potuit a persequentibus, quia sermones eius fortiores erant illis qui persequebantur eum. Et hoc est quod dicit: Hec verba locutus est ihesus in gazophilacio docens in templo, et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Non quidem fati. Notandum est quod gazophilacium dicebatur locus ubi mittebat

oblationes ad sacra tecta templi. Et dicitur gazophilacium a gaza quod est divitie, et philasse quod est servare. De hoc habetur Marci xii°: Respiciens iesus vidit eos qui mittebant munera sua in gazophilacium. Alius locus sine repositionis dicebatur corbanam, quod erat deputatum ad oblationes quo continebat sacerdotes, Matthei xxvii°: Non licet eos mittere in corbanam, quia precium sanguinis est. Tertius locus sine repositionum dicebatur nummularium, ubi reponebantur tributa regum, Matthei xvii°, [illegible] sabbati. Notandum est secundo quod gazophilacium aliud erat capsa in qua reponebantur divitie, iiii° Regum xii°: Tulit Ioiada gazophilacium et aperuit [?] ubi divitie non servantur. Et hoc modo accipitur hic. Notandum secundum Aug.: gazophilacium est locus nummismatum in honore dei et dispensatione pauperum oblatorum. Ista numismata obtulit christus in celestiali gazophilacio, quia verba dei protulit; verba autem dei sunt quedam numismata imaginem regis celestis habentia impressa. Secundum autem Bedam tunc christus loquitur in gazophilacio quando ad Iudeos in parabolis loquitur. Tunc autem gazophilacium aperitur quando discipulis celestia reserantur. Dixit ergo eis iterum ihesus. In parte ista ostendit christus se esse liberatorem. Ubi advertendum est quod christus mediator fuit et ideo peccatum non habuit. Si enim peccatum habuisset, mediator non fuisset, sed magis mediatore indiguisset. Et quia christus fuit mediator et liber a crimine, sequitur quod sine eo nullus liberatur.

actuat. Secundo sequitur quod peccatum est
ne libertatis adeptio. 3o sequitur
quod nullus potest nec gloriari de libertate
nisi habeat Christum. Et primum hoc
hoc. patet. textus patet. quia primo osten
ditur quod sine Christo est servitutis
perpetuatio. Secundo ostenditur quod per Christum
fit nec libertatis adeptio. ibi. Dice
bat ergo Ihesus. 3o ostenditur quod frustra
gloriantur aliqui de libertate sine Christo
ibi. Scio quia filii Abrahe estis. Prima
in se. quia primo ostenditur quod nullus sine
Christo liberatur a peccato. 2o ponitur
conditiones Christi libertatis ibi Di
cebat ei. Circa primum nondum
quod peccatum prohibet libertatem inter
deum et animam. unde iniquitates
vestre diviserunt inter nos et deum
Secundo quod sequitur quod peccatum privat gloria
dei. Et primum hoc Christus duo facit
quia primo dicit quod suum eorum peccatum
ad in peccato. Et amissio glorie. 2o ma
nifestat intentionem. ibi. Dicebat ergo
iudei. Prima in se. primum duo que dicuntur
sunt ibi. quo vado. Circa primum
dicit sic. Dixit ergo eis iterum Ihesus
ego vado et queritis me. Et in pec
cato vestro moriemini. Dicit ergo primo
ego vado omnes quod sua perfectio et
vita [illegible]. post duo mortis perfecto
fuit. illuc unum veniat. et unum non
discesserat de ista perfectione. ad
Philip. 2o. Factus est obediens usque
ad mortem mortem autem crucis. propter
quod et deus etc. Secundo dicit queritis
non desiderio sed odio. Nam postquam
abscessit ab oculis hominum quesierunt
eum. et qui amabant eum hoc rapiendo
de quibus in psalmo. [illegible] et
vincite anima vestra. Quesierunt car
nali eum persequendo vel infamando
Matt. xxvii. Recordati sumus quia
seductor ille dixit. adhuc vivens

suis. Act. ix. Saule Saule quid
me persequeris. De sic querentibus psalmo
unum fugiebat qui querebat animam
meam. Tertio dicit in peccato vestro morie
mini. scilicet ubi lebemini. Unde autem dicit in pec
cato quia quidam sunt qui moriuntur
peccato. et hec mors est desiderabilis. quia
hec mors consistit in acceptatione gratie
extinguentis peccatum. De hac Ro. vi.
Qui enim mortuus est peccato. iustifica
tus est a peccato. Quidam moriuntur
propter peccatum perimens gratiam. et hec mo
rs est detestabilis. De hac morte Ez.
cordie. Tertio quidam moriuntur in peccato
et hii sunt qui finaliter perseverant in
peccato. et hec mors multum est for
midabilis. Unde hanc timens David
dicebat. Illumina oculos meos ne um
quam obdormiam in morte. in peccato.
Secundum ad dicit. ~~quo ego vado~~ scilicet post
~~mortem~~. vos non potestis venire
Tria autem innuit salvator. primo
innuit quod voluntarie moriebatur
Et ideo dicit quo ego vado. scilicet voluntarie
Secundo ostendit quod suam mortem sequitur
gloria. Theophilus. per hoc manifestat
quod resurget in gloria et sedebit a
dextris dei. Tertio ostendit quod solum viventes
vita gratie eum sequuntur. Et ideo dicit. Non
potestis venire. scilicet qui estis mortui
in peccato. Non mortui laudabunt
te domine etc. Secundum ad dicit. Dice
bat ergo iudei. Exponit Christus dicta
sua. Et primo ponitur exponendi occasio
que fuit dubitatio iudeorum. 2o sequitur
ipsa expositio. ibi. Et dicebat eis
Circa primum. Dicebant ergo iudei
Numquid interficiet semetipsum. quia
dicit etc. Augustinus. Stulta verba. Si
Christus interficeret semetipsum. numquid
illuc irent. ad omnes erunt mor
tui. ergo quo ego vado. dixit non
quo itur ad mortem. Nondum

scilicet super illo verbo quo ego vado. dixit
non quo itur. quod hoc idem dictum est
discipulis. sed non dicit vnde Augustinus. quod
et alio loco discipulis dixit. non tamen dixit
in peccato vestro moriemini. Sed quo ego va
do vos non potestis venire. scilicet modo. unde
non abstulit spem sed predixit dila
cionem. unde dictum est Petro quo ego
vado non potes me sequi modo. sequeris
autem postea. Dicebant aliqui quod dic
tum est quo ego vado etc. quod propter eis
revelavit suam dampnacionem. et quod
quibus cogitabat eos deserere. ad hoc potest
dici uno modo. quod propterea hec dixit non re
velando. sed comminando. unde et infra
addidit. nisi credideritis. Alio modo potest dici
quod hoc non est dictum credentibus. De
quibus dicit. Et dicebat eis. Exponit
dictum suum. et primo sic. scilicet quod sine eo non
ibunt ad locum suum. Secundo secundum. scilicet quod in
peccato moriemini dixi ergo vobis. Notan
dum ad primum potest esse racio talis. nullus
potest ad locum ire ad quem vado. nisi
proporcionetur illi loco. vos autem non estis
proporcionati. quia ille locus est supernus
vos autem deorsum estis. propterea. ille
locus non est de mundo. vos autem non
estis de mundo. ergo non potestis ire ad
illum locum. Ad cuius declaracionem
notandum est. quod mundus id est amor
mundi. est proporcionata potencia cognitiva
ad deum cognoscendum. Secundum primum in
mundo erat. et mundus eum non cog
novit. Secundo est improporcionata ca
effectiva ad deum amandum. propter verba pre
ti primo. Omne quod est in mundo aut
concupiscencia carnis est aut concupiscencia
oculorum. aut superbia vite. Tercio est
improporcionata motiva ad divinum lo
cum assequendum. et hoc est quod dicitur in littera
vos habet originem infima. Et non
non est proporcionati nisi eleve
mini per graciam. Secundo notandum est quod
secundum Augustinum est triplex mundus. Primo

quidem dicitur mundus malis. qui
quidem dicitur sub luce continetur. et ita
quod differt mundus deorsum. quia
deorsum est una pars mundi. Mundus
autem continet deorsum et sursum. De
hoc mundo non erat Christus quantum
ad affectum. quia ubi est thezaurus tuus
ibi et cor tuum erit. Erat autem in eo
quantum ad situm. et loquor de Christo secundum
quod homo est. Secundo modo dicitur mundus
intellectualis in quo sunt invisibilia
omnia cuius visum et decorem induebunt
hii qui mundo sunt corde. Tercio dicitur
mundus propter sapiencia. filius dei in
tantum differens a mundo mali. in quantum
differt racio tocius mundi a ma
mundata. a mundo existente in ma
teria hoc mundo erat Christus. secundum quod
filius dei. Et ideo dicit. Ego non sum
de hoc mundo. quia in me est racio quam
factus est mundus. et ex hoc apparet
quod intellectus Apollinaris ... fuit // f
dicebat. id est quod Christus non fuit de mun
do. et hoc quia corpus eius fuit delatum de
celo hoc autem est falsum. Apostolus id est dictum
est. vos non estis de hoc mundo. et tamen
ex hoc non arguitur quod corpora eorum
sint delata de celo. sed magis quod
conversacio eorum erat in celis. Deinde
cum dicit. Dixi ergo vobis quia moriemini
secundum. scilicet quid est mori in peccato. dicitur scilicet
quod illi moriuntur in peccato. qui Christo
non incorporantur per fidem. ubi primo
datur intelligere necessitatem sacramenti
regeneracionis. sive sacramenti fidei. Et ideo dicit
nisi credideritis. ac si dicat nullus
potest evadere mortem. nisi induatur novum
novum autem non potest induere nisi per fidem
et sacramentum fidei. Secundo datur intelligere
quid ipse in quem credere debemus est
verus deus. et ideo dicit. quia ego sum
inmutabilis. quod est idem qui dixit in
Exodo. Ego sum qui sum. unde Exodus

dispute imitatores inimicus fuit et
cit. Cogita de inimicis. Est ubi
temporis petitum esse non possit in ali-
quo dixisse hiis verbis. Nisi crediderit
quia ego sum deus. Deinde ad dictum. Dice-
bat ergo manifestavit conditores sue
liberationis. Et primo ponitur modus interro-
gationis. 2o responsionis. Dixit eis ihesus
principium in medio ad expectationem et non cognos-
cerunt. Et ideo cum expectationem remanent
dictum. Dixit ergo eis ihesus. quia ergo vos dixi
peccatis. nisi credideritis. dicebat ei. tu
quis es. ut si facerent quid de illo
credere deberent. Deinde ad dictum. Dixit eis
eis ihesus. ponitur responsio ubi manifestat
conditores sue liberationis. Et primo
manifestat quod est creator. 2o quod est
doctor. Qui et loquor nobis. 3o quod
est index. Multa habeo etc. Circa primum
dicit sic ego principium. scilicet arguens. Ego principium
omnium principium facta sunt. Dicitur autem principium
duobus modis. personaliter. Et non quo
dicimus. quia pater et principium totius
deitatis. Et hoc modo non dicitur filius sic ego
principium. Sed debet sic legi principium es-
sentiale. Et hoc modo dicit sic ego principium
Et non secundum Augustinum. quod principium hic non
est casus. Et ideo sic non legitur. Ego
sum principium. sed debet sic legi principium me
credite. Et non moriemini in peccatis vestris
Hoc autem manifestius est in greco
ubi principium est femininum genere. ac si dicat
credite me principium. id est veritatem. principium
enim apud nos est neutri generis. Et ideo bene
distinguitur utrum sit nominativus casus vel accusativus
Deinde ad dictum qui et loquor. ostendit
quod doctor est. ac si dicat veritas et
principium sum ab eterno. sed factus sum vo-
bis doctor loquens in tempore. ad hebreos
primo locutus est nobis in filio quem
constituit heredem universorum etc. Deinde
cum dicit. multa habeo. ostendit se esse
iudicem. Et primo hoc ostendit. 2o
ostendit principium iudicium suum esse verum. ibi
sed qui me misit. Circa primum
dicit. multa habeo de vobis loqui. id est con-
vos iudicare. que non remanebunt
indiscussa. Augustinus in omelia. Non dixit
iudicio. sed habeo iudicare. quia iudicare
dicit actum. hic iudicare. Et dicit potestatem
primum refertur ad presens. secundum ad futurum
velit ergo dicere habeo iudicariam potestatem
quam nunc non exerceo. quia non veni iudi-
care mundum. sed salvare. sed exercebo in
futuro. quia pater omne iudicium dedit filio
Deinde ad dictum. sed qui me misit. ostendit
quod iudicium suum est verum. Et ideo est non tale
secundum Augustinum. quod filius veritas est. quid
magis verax sicut pietas. quid pius
et castitas. quid castius et pulchritudo
quid pulchrius. videtur quod filius sit maior
patre. sicut veritas verace. Ad hoc respondet
Augustinus. quod ratio non sequitur. autem non est.
quia pater verax non dicitur eo modo quo anima
vel angelus. anima enim dicitur verax. quia
participat veritatem. Et ideo in tali sensu quod
veritas sit quid maius quam verax
sicut participatum participante. quia in
participato est plenitudo rei participa-
bilis autem ut sic loquor pro modo capacitatis
illius. pater autem dicitur verax. quia est
ipsa veritas per essentiam. Et sic est verax
de suo et non participative. genuit enim
ipsum filium qui est veritas. Respondendum
est per illud verbum. Sed qui me mi-
sit. pater alii continuant ad precedentia
et sic non secundum Crisostomum. ad tacitam que-
stionem. Diceretur enim multa habeo
iudicare. posset ergo aliquis querere
ab eo quare non iudicas. respondet. quia
pater non misit me. ut iudicem mun-
dum. sed ut salvem. verax autem est pater
qui misit me salvatorem. Et ideo ve-
rax quia exhibuit quod promisit

et ego que audivi ab eo · sic verba lo-
quor in mundo. Alchuinus. Audisse filium
a patre idem est quod esse a patre. quia ab
illo i. et audientiam a quo et essen-
tiam. Secundum ad dicit. Et non cogno-
verunt: post exspectatio in deo. Cum v-
audissent verax est · qui me misit
non intellexerunt quia de patre di-
cebat. non enim corporales oculos aptos ha-
bebat animales erant. aliis autem
homo non percipit que dei sunt. Secundum
ad dicit ergo ponit eis remedium con-
tra cecitatem. remedium autem est quia
post passionem suam cognoscent, cum
et tria facit. quia primo ostendit p[ro]prium(?) ven-
turi sunt ad fidem. Secundo ostendit quod
et de eo credendum. quia ego sum. Tertio
post effectus doctrine sue. ibi: Hec
illo loquente. Circa primum
dicit. Cum exaltaveritis filium hominis. ex-
altatione. s. crucis. tunc cognoscetis. s.
aliqui ex vobis per fidem. vel cum
exaltaveritis filium hominis tunc cognoscetis
i. cognoscere poteritis. qualis sum non solum
per gloriam resurrectionis sed etiam per penam
destructionis vestre. Notandum
et quod in hiis verbis primo insinuat sue
passionis modum. Cum exalta-
veritis. Secundo insinuat sue passionis
fructum. Tunc cognoscetis. Circa
quod primum notandum est quod Moyses ex-
altatus fuit in fama. unde Jo. Illum
oportet crescere me autem minui. unde Ps.
Exaltent eum in ecclesia plebis. Secundo
exaltatus fuit in pena. De qua
exaltatione hic. exaltavit eum
iudiciaria potestas. unde consequitur
ipse est ps(e)mo. Exaltatus autem s.
a iudeis in cruce. humiliatus sum
et conturbatus. Tertio exaltavit eum
propria caritas. Et hoc est quod promittit
per Ysa. lii^o. Exaltavit eum
mea veritas. Jo. iii^o. Sicut exal-
tavit Moyses serpentem in deserto
ita exaltari oportet filium hominis. ut omnis

qui credit in eum non pereat. Secundo
Circa secundum exaltatus fuit in gloria
Actuum v^o. Deus patrum nostrorum su-
scitavit. quem vos interemistis suspe-
dentes in ligno hunc deus exal-
tavit in ligno principem et sal-
vatorem in dextera sua. Secundum ad
dicit. Quia ego sum. ostendit quid
et de eo credendum. Est autem de eo
credendum primo quod sit immutabilis
eternitatis. et dicit. Quia ego sum. ac
si dicat. Scitote michi quod non sum
quia immutabilis sum. per se enim autem solus
ipse est. Secundo et de eo credendum quod
est originem in persona. et ideo dicit
Et a me ipso facio nichil. ac si dicat
Sicut a me ipso non sum, ita a me ipso
non facio. quia pater per opera per filium. quia
in patre et auctoritas et in filio sub
auctoritas. Tertio est de eo credendum
quod in eius doctrina sit veritas. et ideo
dicit. Sicut docuit me pater hec lo-
quor. et ideo sicut pater mentiri non po-
test ita nec ego. Aug. Non sic eum docuit
quasi indoctum genuit. sed hoc est sic eum
docuisse hoc scientem eum genuisse.
Si non simplex est natura veritatis. hoc est filio
esse quod nosse. quemadmodum ergo gig-
nendo dedit ei quod esset. ita dedit ei ut
nosset. Quarto credendum de eo quod patri est
coequalis per eandem unitatem. et ideo dicit
Et qui misit me mecum est et non
reliquit me solum. Missio qua me misit
dispensatio est. quod autem mecum sit divinitatis
qui ergo me misit, i. cuius auctoritate
incarnatus sum, non me relinquit
solum. Misit enim pater filium, sed non recessit
a filio. non enim quo misit filium non
ibi erat pater qui dixit. Celum et terram
ego impleo. Quinto de eo credendum quod
perfecte ad patris voluntatem conformem
et ideo dicit. Que placita sunt ei facio
semper. Ubi notandum est quod illud unum
que placita sunt ei pre ceteris signum p-
bavit predicacio. Et hoc est sensus
mecum est. Et non reliquit me solum

cuius signum est quia que placita sunt
ei facio semper. Proverbiorum viii°. Eram cum eo cun-
cta componens. Alio modo potest dici causa
intelligendo quod non reliquit me quia propter-
quod me quia que placita sunt ei. Et
notandum quod super illo verbo non reliquit
me quod est derelictio multiplex. Dispensationis
qua dereliquit pater filium exponens
eum passioni. Psalmus Deus deus meus
quare me dereliquisti. Hoc verbum ergo
dum dictum intelligitur de derelictione in-
audientie non dispensationis sive sapientie
Secundo est derelictio probationis et hoc est
in iustis. Sicut dereliquit deus Job
in manum sathan. 3° est derelictio eterne
dampnationis que est in hiis qui finaliter
dampnantur. Deinde ad dictum hoc illo lo-
quente posuit effectus doctrine Christi
quia multi crediderunt in eum. Et propter
efficaciam doctrine eius. Johannis iiij°. Multo
plures crediderunt propter sermonem
eius. Dicebat ergo Ihesus. Hic ostendit
Christus quod per eum ne libertatis adoptio
preditum autem sit. quia primo libertas
promittitur. 2° a iudeis premium dicitur. ibi
Responderunt ergo iudei. 3° a Christo ... ibi
ibi Dixit Ihesus. Ad evidentiam primi no-
tandum est quod libertas que promittitur
aliquid supponit in eo cui datur. Et
ideo dicit. Si vos manseritis in sermone
meo. ac si dicat. nullus potest fieri liber
nisi maneat in sermone meo per fidei
stabilitatem continentia medita-
tionem. Psalmus In lege eius meditabitur die
ac nocte. per ferventem affectionem.
In lege eius fuit voluntas eius.
Secundo hec libertas aliquid confert. primo
enim confert sublimitatem in gradu. Et
ideo dicit vere discipuli mei eritis. Magnus
enim est gradus esse discipulum. Secundo confert
hec libertas illuminationem intellectus.
Et ideo dicit cognoscetis veritatem. Augustinus
hec veritas incommutabilis est. hec veri-
tas panis est. reficit et non deficit
mutat nescientem non mutat inne-
scientem. Sic ergo discipuli eritis per fidem

Et cognoscetis veritatem per spem ita quod co-
gnitio spei et amoris. Tertio hec libertas
reparat statum veritatis. Et cognita liberabit
nos. scilicet a morte. quia veritas est immobilis
a corruptione. quia veritas est incorrupta
a commutatione. quia veritas permanet in-
commutabilis. Ipsa est eternitas. Ubi est
notandum secundum Augustinum in omelia. duplex
est libertas. Inchoata et perfecta. Prima
potest haberi in via. Sed non secunda. quia in via
caro semper concupiscit adversus spiritum
sed potest haberi in patria. Hec est quam ex-
petebat Apostolus. ad Romanos. Infelix ego
homo. quis me liberabit de corpore
mortis huius. Notandum est super illo
verbo. Si vos manseritis. quod primo nos
hortatur ad observationem verbi. Ille
enim manet in sermone qui sermonem
auditum observat. Observat Jacobi
primo. Non auditores tantum sed factores
iustificabuntur apud deum. Secundo nos
inducit ad consecutionem status. Disci-
puli mei eritis. Ubi notandum est quod triplex est sta-
tus discipulatus consequitur quis per imita-
tionem operum. Luce xiiij°. 2us status
consequitur quis per dilectionem proximorum.
Johannis xv. In hoc cognoscent quia discipuli mei e-
stis si dilectionem habueritis ad invicem.
Tertio hunc statum consequitur quis per obser-
vationem mandatorum. De hoc hic di-
citur. tertius status loquitur psalmus. Nunc et
erudimini domine et delectamini ...
Tertio invitat nos ad consecutionem
premii. Et veritas liberabit nos. Ubi
notandum est quod est veritas doctrine que
liberat ab errore. Johannis xviij°. Ad hoc
veni ut testimonium perhibeam veritati. Et
hec est veritas quam docet Christus. Secundo
est veritas gratie. que liberat a culpa
et hec veritas quam Christus dat. gratia
et veritas per Ihesum Christum facta sunt. Ul-
timo est glorie. in qua Christus permanet.
Psalmus In eternum permanet verbum tuum. id est
veritas tua. Et de ista loquitur hic. scilicet que
liberat a corruptione. Romanos viij°
Ipsa creatura liberabitur. Deinde ad dictum
Responderunt ei iudei semen Abrahe

et nemini vmquam seruiuimus. quomodo tu dicis
nobis libertas promittitur. Notandum est
quod iudei errant in equiuoco ad xpo. quia
xpus loquebatur de libertate spirituali
et ipsi intelligebant de corporali. secundum etiam
Aug. iudei mentiebantur dicentes. Ne-
mini vmquam seruiuimus. quia Joseph venun-
datus est et seruiuit. populus etiam in egyp-
to in luto et lateri seruiebat. populus hic etiam fuit
in captiuitate ducti. Ipse etiam tributa
soluebat Romanis. Alio modo potest dici quia
non mentiebantur. quia duplex seruitus est. i.
seruitus originis. et de ista intelligebant
semen Abrahe sumus etc. Alia seruitus
possessionum domini et de ista intelli-
gebant. Tercio modo potest dici quod intellige-
bant de illa seruitute de qua dictum est
Leuit. xxv. Seruus et ancilla sint
tibi de nacionibus que in circuitu vestro
sunt. Secundum ad dicit. Vt eis etc. ost.
quod ista libertas est necessaria. primo quidem
quia sine ea sunt serui peccati. Secundo quia
de hac seruitute non possunt se eripere. ibi Ser-
uus autem est. quia filius eos eripuit
ibi. Filius autem manet. Tercium ad
primum sic continuatur. dicitis quod non estis
serui. Ego autem probo vos esse seruos. quia
omnis qui facit peccatum seruus est peccati
vos fecistis peccatum ergo estis serui peccati.
Queritur quis vtrum peccator sit seruus
videtur quod non. quia peccator facit quod vult
sed qui facit quod vult non est seruus. Ad
oppositum est dictum saluatoris. Dico quod
peccator est seruus. Cuius autem ratio potest ostendi
ex parte illius quod vult. Nemo enim dyon.
operatur ad malum aspiciens. peccator
in voluntate vult actum delectabilem
et ad hoc aspiciens operatur. Malum autem
annexum puta quod sit contra deum libe-
nter vellet non esse. sed quia vult hoc cum
malo annexo. quia ratione ergo mali annexi
est aliqua ratione inuoluntarium. et per consequens
seruitutis. et hoc ii. quia peccator non potest
subiacere actui tali qui subiacet
malo. Secunda ratio potest sumi ex parte appeti-
tus cui se subicit. et potest esse ratio talis

subici alicui et inferioribus est quedam
seruitus. Homo peccator subicit se suo
inferiori. scilicet appetitui. Nam suum superius
est ratio. subicitur ii. quodammodo alicui est
suum proprium et esse rationale. ergo peccator est
seruus. Tercia ratio potest sumi ex hoc quia
peccator est spiritus vadens et non rediens
vadit in voluntate ad peccatum. sed
non potest fieri acceptus a deo quod vult
quia hoc est in voluntate dei. ex quo
sequitur quod homo peccator seruus est. quia
licet voluntarie inceperit. tamen redire
non potest. In peccato enim licet actus transeat
tamen priuacio gratie et reatus manet
quibus subicitur peccator. vide Aug.
[illegible] seruus peccati. Seruus hominibus
dum impetus domini sui fatigatus fu-
giendo requiescat. Seruus peccati quo
fugit secum trahit quocumque fugit.
peccatum non transit preterit quod delecta-
bat. remansit quod pungat. Quarto
peccator est seruus. quia habet condiciones
serui. admodum enim serui vilibus et ii. [illegible]
panno. [illegible] filius eius peccato-
res. vel vilibus admodum seruis vilibus
vestitur. de filio prodigo. Luc. xv.
Filius prodigus cupiebat implere ven-
trem suum de siliquis porcorum. Ad-
modum serui vilia operatur. Exodi primo
operibus duris luti et lateris omni quod
famulatu premebantur. admodum serui a-
licuius et obseruii. [illegible] stans
et non est quamquam in eis non facit quod
[illegible] quod si efficiatur alicui tamen de ut
tamen admodum serui alicui est a secre-
tum sui. Johannis xv. Jam non dicam
vos seruos. sed amicos meos. De-
inde dicit Seruus. ostendit quod non potest
se ipsos liberare. Vnde notandum est quod
liberari a seruitute idem est quod introduci
in domum dei per gratiam in presenti et per
gloriam in futuro. Nullus autem potest
introducere in domum. qui non habet potesta-
tem in domo. Seruus autem peccati non
habet potestatem in domo quia peccatum
eicit de domo etc. Hoc potest solum

non sit. Nullus potest liberari a servitute peccati qui non habet potestatem in domo. Servus non habet potestatem in domo quia non manet in domo in eternum. Servus non manere signat potestatem donandi. Et non sacerdotes veteris legis non habebant potestatem peccata legaliter peccata dimittere. Omnes enim peccaverunt. Et sacerdotes qui conscripsisset ut dicit Apostolus nec habebat sacrificandi offitium. Non dum est quod secundum Augustinum. Ecclesia est domus sunt boni et peccatores. In hac autem domo et si peccatores sunt, apparet. ad tempus non manent in eternum quia licet mali non sint separati nunc a fidelibus, sed multo tamen in futuro tunc separabuntur. Unde nunc ad Galatas. Eice ancillam et filium eius. non enim heres erit etc. Deinde cum dicit filius autem manet in ea in eternum ergo filii et liberalitas ostendit quod solus filius liberet. Cum oportet esse talis. Servus et liberator autem est habet potestatem in domo quia manet in ea in eternum. ergo filii est liberator.

Notandum est quod eius est liberator a peccatum est introductor in domum hanc filii autem est introductor quia mediator est quia solus mortuus liber fuit. Et non solus nec mediator fuit qui nunquam fuit eiectus de domo propter peccatum hic autem solus est Christus. Unde de aliis a Christo dicit Apostolus. Omnes peccaverunt et egent gloria dei. Et ita introducit in gloriam dei de Christo dicit 2. Cor. 5. Christus qui non noverat peccatum pro nobis fecit, id est sacrificium pro peccato. ut nos simus in iustitia dei in ipso. Ac si diceret. Christus factus est verum sacrificium pro peccato quia nullum habebat peccatum. Deinde cum dicit Si filii Abrahe estis evacuat gloriam eorum. Et primo ostendit quod non sunt filii Abrahe per imitationem. Secundo non filii dei esse probat utrumque. 3o quod non sunt filii diaboli. ibi vos ex patre diabolo estis. Prima

in se. quia primo ponit dominus quia filiationem. 2o ostendit quod non sunt filii Abrahe ibi. Responderunt. Circa primum facit tria quia primo supponit eos esse filios abrahe secundum generationem dicens. Scio quod filii abrahe estis secundum carnem. Isa. li. Attendite ad Abraham patrem vestrum et ad Saram que peperit vos. Secundo ostendit filiationem habere per imitationem. dicit. Sed queritis me interficere in quo non imitamini abraham. Tertio aliud 3o reddit duplicem causam huius imitationis. prima est non capiebat verbum dominum et ideo dicit. quia sermo meus non capit in vobis. Secunda causa est suggestio diaboli. Et ideo dicit. Ego que vidi apud patrem meum loquor. quasi dicat non solum loquor audita sicut alii prophete. sed visa. Supra in 1o. Deum nemo vidit unquam. nisi unigenitus. Et vos qui vidistis apud patrem vestrum facitis. Ac si diceret. Non estis filii alterius quam Abrahe per imitationem quia facitis ea que vidistis diabolo suggerente. Notandum est super illo verbo Scio quia filii Abrahe etc. secundum Augustinum Ego neglexo Agnosco semen abrahe. Et bene autem non est quia semen dicit quod in forma. semen enim dicit hic in sermonibus eius autem est semen non in actu. Et ad hoc manentes et parati. vel ad hoc in ipso. filius qui dicitur actum et includit similitudinem generationis deinde ergo si isti filii carent tamen per originem et non per imitationem. Et non sunt non carent informes. quia nondum omnino assecuti similitudinem patris. Et ideo melius dicuntur semen quam filii. Notandum est super illo verbo. Sermo meus non capit in vobis. Uno modo intelligitur quod verbum non capiat propter cordis maliciam. Sicut lex dicitur Sap. Quia nos stultum omnem sapientiam non tenebit. Secundo non propter sui excellentiam. Cor. primo. Alius homo non percipit que dei sunt. Tertio non per intellectum secundum Augustinum super Io. Ut sermo tuus non capit quod non capitur. Est enim sermo sicut hamus. Et hoc fit pisci

Unde consequenter eius sermones capiens .s. proveniunt. Sicut ergo hamus nunquam capit nisi quod capitur, ita et sermo dei capit quod cadendum ad dicit. Responderunt et dixerunt. Ostendit quod non sunt filii abrahe. Et primo ponitur ostensio. Secundo. Secundo ponitur opera ostensio ubi dixit eis ihesus. Dicit ergo quia iudei responderunt et dixerunt ei: pater noster Abraham est. Secundum ad dicit. Dixit eis ihesus. Ostendit quod sunt filii abrahe quia filii abrahe imitantur eum in opere. Vos autem non imitamini eum, ergo non estis veri filii eius. Licet habeant carnem sic traditum, quia primo innuit maiorem, s. quod filius imitatur patrem in opere. Et ideo dicit: Si filii abrahe estis. Dicit autem dubitative: Si filii. Supra autem dixit affirmative: Scio quod filii abrahe estis. Ratio est secundum Augustinum super Jo. in omelia, quia supra asserit originem carnalem, nunc autem negat imitationem spiritualem. Secundo innuit minorem, s. quod non faciunt opera abrahe. Et hoc quia quaerunt eum interficere. Unde et dicit: Nunc autem quaeritis me interficere hominem. Notabiliter autem dicit hominem. Primo secundum Augustinum quia verbum et deus non moritur. Secundo quia si deum scirent, primo Cor. ii: Si cognovissent, numquam dominum glorie crucifixissent. Notabiliter autem hoc dicit: quia veritatem locutus sum vobis, ut arguerent peccatum eorum. Nam qui veritatem loquitur non meretur mori. Hec autem veritas quam locutus est christus fuit quia dicebat se equalem deo. Hanc veritatem dicit audivi a patre etiam per eternam generationem, quia per generationem habuit et esse et nosse. Tertio innuit s. quod carent filii abrahe, sed habebant alium patrem. Unde et dicit: Vos facitis opera patris vestri. Notandum ergo super illo verbo: Si filii abrahe, quod notabiliter dicit opera abrahe, quia multa fuerunt. Primo quia credidit deo firmiter. Nam credidit abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. Secundo quia obedivit humiliter. Gen. xxii: Temptavit deus abraham et dixit ad eum et cetera. Tertio quia dixit

concordiam. Unde dixit Abraham ad Loth: Ne quaeso sit iurgium inter me et te. Gen. xiii. Quarto quia obtulit fideliter. Gen. xiiii. De decima ex omnibus. Quinto quia miseretur miseris. Gen. xiiii. De liberatione Loth. Sexto quia fuit homo hospitalis. Ad Hebr.: Hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Septimo quia mortuus est laudabiliter. Gen. xxv: Mortuus est in senectute bona provecteque etatis et plenus dierum. Et inveniet aliquis de isto verbo: Hoc Abraham non fecit. Tempore enim Abrahe christus non veniebat, et ideo non est mirum si secundum eum non potuit ad hoc videre. Dicendum prima visio est quia licet christus non fuit tempore abrahe, tamen aliquis erat similis sibi qui loquebatur veritatem, quem tamen abraham spiritualiter non querebat occidere. Secundo videtur quis adventus spiritualis christi in quo defuit sanctis. Et sic tempore Abrahe advenerat christus spiritualiter, quem non querebat occidere, i. a mente sua per peccatum mortale expellere. Secundum ad dicit. Dixerunt itaque ei. Et primo quidem iudei probant se esse filios dei. Secundo christus probat contrarium. Est autem probatio iudeorum talis. Tu dicis quod non sumus filii dei per generationem spiritualem. Apparet autem contrarium, quia qui fornicatur a deo spiritualiter non est filius dei. Nos non fornicamur spiritualiter, quia non sumus ex fornicatione, ergo habemus unum patrem deum. Notandum est secundum Aug. super Jo. quod iudei appellabant fornicationem spiritualem quando anima que est quasi sponsa dei diis subicitur. De hac fornicatione Jer. ii: Sub omni ligno frondoso fornicabatur. Est de prohibitione huius fornicationis Exod.: Non habebis deos alienos coram me. Secundum ad dicit. Dixit ergo eis ihesus. Probat quod non sunt filii dei, et procedit ratio talis. Si deus

patrem et vester diligit ipsum deum
sicut filius patrem. Sed contra sumus de
gratia processi per eternam generationem. sicut
deus ex deo. et veni in mundum
veni autem sicut procedens ab alio
nec enim a me ipso veni. sed ille. scilicet
deus pater misit me. ac si dicat vos
Nunquam amatis patrem ut deum
amatis me. quia ego et pater sumus unius
essentie et unius deitatis. processi vel
abeo. sicut deus ex deo. Notandum
quod proprius in verbis istis primo ostendit se esse verum
hominem. et ideo dicit veni. scilicet per incar-
nationem et assumptionem humanitatis
de hiis duobus infra xiv°. Exivi
a patre et veni in mundum. de primo
in psalmo Ante luciferum genui te etc.
Supra primo. In principio erat verbum. de 2°
ibidem in propria venit etc. Deinde cum dicit
Quare loquelam meam etc. ponit vi-
cium. scilicet quorum non diligebat. unde
dicit intuitive. Quare loquelam meam
etc. ac si dicat signum odii. et non di-
lectionis est non libenter audire hominem
loquentem. sed vos non auditis me
libenter. Sap. 2° Gravis est nobis ad
videndum ergo non diligitis me. Qui
enim amat libenter audit amicum
Cantic. ii° Sonet vox tua in auribus
meis. Cantic. vii° Sonet vox tua
in auribus meis fac me audire vo-
cem tuam. Deinde cum dicit vos ex patre
diabolo estis probat quod sint filii diaboli
et sic procedit quia primo ponit con-
clusionem probandam. 2° eam probat
ibi. Ille homicida erat. Tertio remo-
vet quandam obiectionem possibilem
ibi. Quis ex vobis. Circa primum
dicit vos ex patre diabolo estis. non per
creationem. sed solum per imitationem. quod patet
quia desideria patris vestri. scilicet diaboli vultis
perficere. de hiis desideriis. prima Thi-
mothei ultimo. desideria multa que
mergunt homines in interitum et perditionem
ista imitatione. Ezech. xvi° pater

tuus Amoreus. et mater tua Cethe-
a. Deinde cum dicit. Ille homicida
erat probat intentum. et ideo est talis
Nam imitantur diabolum in peccando
contra proximum. puta quia est homici-
da. et in peccando contra deum. propter
quia audit sermonem dei et filius
eius per imitationem. vos estis huius ergo
etc. Iuxta ideo sic procedit. quia primo
dicit quod diabolus peccavit in proximum
per homicidium. Secundo quod peccavit in
deum et in veritate. 3° concludit quod in
hoc peccaverunt isti. ibi. Ego autem.
Circa primum dicit. Ille homici-
da erat ab initio. id est post initium hominis
scilicet audi. et in hoc innuitur quia
… aliquis
… sit vera. Ille homicida
erat ab initio. Dicendum quod hoc verbum potest
habere multiplicem intellectum. primo
ut sit sensus quod ille erat malus
ab initio. id est a principio in inicio ita
quod ab initio malum teneatur. talis et
iste intellectus est impossibilis quia
deus non facit nisi eius et bonum
Gen. primo. Vidit deus cuncta que
fecerat. et erant valde bona. Alius
intellectus possibilis eo quod nunquam fuit
bonus. sed semper malus. et ideo ab initio
sue creationis. Itaque in eodem in-
stanti fuit creatus et malus. Hanc
tamen maliciam non habuit ab initio
a principio creante. sed a libero arbitrio
Iste intellectus non est possibilis quia
contra tenet quod angelus non potuit
peccare in primo instanti sue creatio-
nis etc. Tertius intellectus concordans scripture
Dicitur enim Ezech. xxviii°. de diabolo
sub persona regis Tyri. In deli-
ciis paradisi fuisti. et Ysa. xiv. sub
persona regis Babilon. Quomodo ce-
cidisti lucifer qui mane oriebaris
Tertius intellectus est Augustini in
in omelia super Jo. ut sit sensus

Ille est ab initio non suo sed huma-
ni generis. quia non poterat occidi homo
nisi factus fuisset. Hoc enim homicidi-
um fuit quia hominem primum ad mortem
perduxit vitam. et negando mortem
Gen. iii°. Nequaquam moriemini sed
eritis sicut dii. De hoc homicidio Sa-
piencie ii°. Deus creavit inexterminabi-
lem hominem. invidia autem diaboli mors
intravit in orbem terrarum. De hoc
homicidio dicit Augustinus. quare dictus
est homicida ab initio. non quia unum per-
emit unum singulum. sed totum genus
humanum. quia omnes in Adam morimur.
Secundum quod dicit. Et in veritate non stetit
probat quod diabolus peccavit in Deum. et
per consequens sua est talis. Unusquisque autem
se a veritate non stando vel permanen-
do in ea peccat in Deum. quia Deus veritas
est. diabolus ex propriis loquitur. ergo peccat
in Deum. Circa hanc racionem. sic procedit.
quia primo ponit quod diabolus pec-
cavit avertendo se a veritate. unde et
dicit et in veritate non stetit. et hoc
fuit quatuor racionibus. Secundo po-
nit primum signum quod probat eadem modo
enim ibi. quia veritas non est in eo. Tercio
ponit 3m signum ibi. Cum loquitur
loqu. i. mendacium ex propriis loquitur. Queret
forte aliquis. unde inscitatur id quod
dictum est. quod illud unum potest habere dup-
licem intellectum. uno modo ut dicatur
non stetisse in veritate. quia nunquam
fuit ibi. et hoc quia naturaliter malus
nam si naturaliter fuisset malus. naturaliter
fuisset aversus a veritate. vel certe quia
peccavit primo instanti. Si enim pec-
casset primo instanti. numquam fuisset
in veritate. Et iste intellectus non est
verus. quia ut dictum est. quia diabolus
non est naturaliter malus. Unde Augustinus
de Civitate Dei xi. Si naturale esset peccatum non esset. nec
certe potuit peccare in primo in-
stanti. Alius intellectus est in primo
instanti ut intelligatur. sicut Augustinus

super Joh. in omelia. quod ibi fuit sed in
veritate non stetit quia non permanendo
cecidit. Secundo quereret aliquis. de primo
signo de quo dicitur. Quia in veritate non stetit
Secundum est quod signum est per istum modum
Si permansisset in veritate esset in eo ve-
ritas. si veritas non in eo ergo non perman-
sit. De hoc in omelia Augustinus xi. de Civitate Dei dicit
quod hoc argumentum est a signo. et non a cau-
sa sicut et ibi in psalmo. Ego clamavi
quia exaudisti me Deus. Cum secundum fuisset
videlicet exaudisti me quia clamavi
Sed ad hoc David dicit a signo. ac
si diceret. ostendo me clamasse. quia
exaudisti me. Secundum modum in proposito
dicit et in veritate non stetit. quod non
est veritas in eo. tamquam sit causa
quod in veritate non stetit. quia non est veritas
in eo. cum potius est sit causa. ut in eo
non sit veritas. quia in veritate non stetit
quia non est veritas in eo. Et argumentum
a causa. sed ab effectu. Tercio quereret
aliquis de 3o signo. quo ex proprio
loquitur et mendacium est signum primum
ad hoc secundum est quod quis est in veritate
loquitur secundum instinctum veritatis existentis
in eo. et ideo loquitur verum. Non loquitur
certe ex propriis. sed loquitur suggesta a
veritate. Corinthios primo. Nemo potest dicere
Dominus Ihesus nisi in spiritu sancto. Et
Ambrosius. verum a quocumque dicitur a spiritu
sancto est. Queret aliquis utrum
ex propriis loqui. et loqui menda-
cium. convertantur. Secundum est quod non. cum-
que est. quia Deus loquitur ex propriis et
tamen non mentitur. loqui ergo ex propriis
hic accipitur. quod homo avertit se a veri-
tate divina docente et illuminante de quo
Ro. iii°. Est autem Deus verax
omnis homo mendax. Et notandum
est quod tunc homo loquitur proprie menda-
cium. ex propriis quando mendacium invenit
et inventum loquitur. Quarto quereret
aliquis quo illud intelligitur-

illud verum quia mendax est et pa-
ter eius. s. dyaboli est mendax et iste
intellectus est falsus. hoc enim non ponunt
manichei. alius intellectus est ut
sit sensus. dyabolus est mendax. et pater eius
s. mendacii. et iste intellectus est
verus. quia loquitur ex precedentibus
ut sit sensus ex propriis loquitur quia est pater
mendacii ipsum s. inveniendo. Et est
mendax inventum confingendo. Sed ijo
nequaquam moriemini. Secundum cum dicit
Ego autem. ostendit quod iudei pecca-
bant attendendo sc. veritatem. Et ideo dicit
Qui dyabolus peccavit. quia in veritate
non stetit. ideo vos peccatis sic filii
sui quia veritatem dico vobis et non
creditis mihi. Tertium cum dicit. Quis
ex vobis arguit me. Christus opus ad
quandam obiectionem possibilem. Et propter
ponitur hic ostensio. Tertio iudeorum ca-
lumpniacio ibi. Responderunt ergo iu-
dei. Circa primum notandum est quod
iudei potuissent dicere Christo. non a-
udimus te non propter defectum nostrum
sed tuum. hoc volens excludere Christus
ostendit quod non est defectus ex parte
sui sed ipsorum. Et sic procedit quia primo
ostendit quod non deficit bonitas ex
parte docentis. secundo quod non deficit ve-
ritas ex parte doctrine ibi. Si veritatem
Tertio ostendit quod non deficit amor
in audientibus. Qui ex deo est
Circa primum vero sic arguitur
doctor non deficit in bonitate. qui
non potest argui de peccato. Ego non sum ar-
guendus de peccato ergo non deficio. Et
hoc est quod dicit Quis ex vobis ar-
guet me etc. Notandum est quod Christus peccare
non potuit. si attendamus puritatem
sacerdotii. Si enim peccare potuisset me-
diatore indiguisset. qui eum in deum
reduxisset. Et non fuisset primus

sacerdos. Nec primus mediator. Sacer-
dotem attendens Apostolus ad Hebreos
dicit. talis enim decebat ut nobis esset
pontifex sanctus innocens impollutus
segregatus a peccatoribus. Et ideo segreg-
atus quia de omnibus aliis dicitur in psalmo
Omnes declinaverunt simul inutiles facti
sunt. de Christo dicitur prima petri 2o. Qui
peccatum non fecit etc. Secundo peccare non
potuit si attendamus peccati diffinicionem
Nam peccatum est quedam recessio a deo
Cum ergo Christus fuit deus propter gratiam
unionis. sic non potuit recedere a seipso
ergo ita non potuit peccare. Tertio peccare
non potuit si attendamus in ipso pleni-
tudinem gratie. et immensitatem. Nam
peccatum non cadit nisi in animam que patitur
nisi aliquid vacuum. ubi autem est gratia ple-
nissima. ibi non cadit peccatum. Sic autem
est in Christo. Supra primo. De plenitudine
eius omnes accepimus. Secundum cum dicit
Si veritatem dico. ostendit quod non est defectus
ex parte doctrine. Nam illa doctrina non
deficit que veritatem continet. et tali
credendum est. Et talis fuit doctrina Christi
et ideo dicit Si veritatem dico etc. Et ideo ad
intendendum est quod est veritas doctrine. Et hec
est de qua dicit salvator. quod loquitur et cre-
dendum. hec est quam debemus loqui. Ephesiorum
4o. Deponentes omne mendacium lo-
quimini veritatem etc. Secundo est veritas
operis. et iusticie. Et est hec est veritas quam
debemus facere. Supra 3o. Qui facit ve-
ritatem venit ad lucem. De ista super
in veritate non stetit. Tertium cum dicit. Qui
ex deo est ostendit quod deficit amor ex
parte audiencium. ac si dicat. Si non a-
uditis non est defectus ex parte docentis
nec ex parte verbi quod docetur. sed ex parte
vestra. vos enim non libenter auditis. quia non
libenter auditis non amatis deum. nec etiam
verba eius Qui non est ex deo. s. per a-
morem. Responderunt iudei. Ponitur
calumpnia iudeorum. Et ponitur calump-
nia. primo. Secundo Christi responsio ibi. Respondit
Jhesus. calumpniantes ergo iudei

Johannes in epistola sua Novissima hora est
Secundo est advertendum secundum eundem
Augustinum quod xpc in vie ipsius promittit
se iterum ad patrem qui dicit Quia
vado ad patrem promittit se etiam
iterum ad nos scilicet in die iudicii cum
assumet nos ad se ipsum Ex hiis
duobus dictis Augustini patet littera Quia
primum modicum refertur ad tempus et
tunc est sensus Modicum est usque ad asce
sionem quod fuit modicum usque ad as
censionem et non videbitis me quia
vado ad patrem Secundum autem modicum
refertur ad tempus quod fuit ab
ascensione usque ad diem iudicii
et tunc est sensus Et iterum modicum
usque ad diem iudicii licet nobis
modo videatur longum sed totum

fuit finitum videbitur nobis modicum quia post finem eius videbitis eum et hoc est quod dicit videbitis me. Ad argumentum patet quod licet tempus sit longum tamen pro tanto est modicum quia finibile. Deinde cum dicit Dixerunt ergo discipuli eius ad invicem. Ponitur dubitatio discipulorum unde dicunt Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me et iterum modicum et videbitis me quasi dicat videtur esse contrarietas in verbis quia dicit videbitis et non videbitis. Quid est quod dicit quia vado ad patrem et nesciebant quo intelligerent. Hic dubitabat de significatione verborum. quid est hoc quod dicit nobis modicum quid importat modicum. Notandum est quod verbis istis non fuit contrarietas sed videbatur intelligere discipuli quasi forte arguentes in seipsis Si videbimus te quo vadis si vero vadis qualiter te videbimus. Ideo autem non fuit contrarietas quia viderunt angelum nec Postquam autem iuit non viderunt et sic videre et non videre referuntur ad diversa tempora. Et notandum quod discipuli non intelligebant que dicebantur a Christo et hoc potuit fieri duplici causa primo propter tristitiam que movebat eos ad mentem eorum que dicebantur. Secundo propter manifestationem eorum que dicebantur licet enim discipuli intellexerunt quod Jesus iturus esset ad patrem per mortem postquam non viderunt eum tamen erat eis nota accelerato reversionis per quam crederent statim eum visuri. Deinde cum dicit Cognovit autem Jesus ponitur dubii amotio secunda pars Christi et primo quid ponitur dubitatio explanatio. Secundo exemplificatio ibi Mulier cum parit. Tertio exempli adaptatio ibi Et vos igitur. Primo igitur Christus complanat dubium et primo ostenditur quo dubium cognovit cum dicit Cognovit autem Jesus scilicet virtute sue deitatis quia volebant eum

interrogare scilicet de eo quod dubitabant. primi Regum xvi Homines vident que patent dominus autem intuetur cor. Secundo ostenditur quo Christus dubium dolorum innotuit eis unde dixit eis De hoc queritis inter vos quia dixi vobis modicum et non videbitis me et iterum modicum et videbitis me. Tertio ostenditur quomodo Christus satisfecit dubio eorum. Satisfecit autem eis quod erat duplex tempus unum quo ipsi flerent et plorarent in morte sua quia tunc non viderent eum et sic videre et non videre non referuntur ad unum tempus et hoc est quod dicit littera Amen amen dico vobis quia plorabitis exterius et flebitis interius scilicet pro illo tempore modico quo me non videbitis. mundus autem gaudebit id est homines amatores mundi sicut scribe et pharisei gaudebunt de privatione mea per mortem vos autem contristabimini scilicet de occisione mea. Sed tristitia vestra scilicet de mea morte convertetur in gaudium propter meam resurrectionem. Notandum quod hic dicit plorabitis et flebitis vos et licet oppositum de discipulis qui flebant mortem Christi tamen potest referri vel ad statum sanctorum et iniquorum videtur enim status primus esse oppositus secundo Nam sancti hic lugent Mathei v Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Thobie iii Post lacrimationem et fletum exultationem infundit et hoc est quod dicit littera sed tristitia vestra convertetur in gaudium. Ecclesie Petri i In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in variis temptationibus. Status autem iniquorum incipit hic a gaudio sed terminatur in tristitia. Job Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt Proverbiorum xiiii Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. Deinde cum dicit Mulier cum

part· adducit eorum ad mani
festacionem dubii· quia sicut mulier
cum parit tristatur, et tamen postea
gaudet de fructu partus ita et
vos plorabitis de subtractione
mea et passione et tamen postea
gaudebitis de fructu redempcionis et
hoc est quod dicit littera exponitur
cum parit tristiciam habet quia venit
hora eius· scilicet pariendi dolor autem
parturicionis est vehemens unde
circa parturientes dolebunt· pa
Thess v Cum dixerint pax et
securitas tunc repentinus eis
superveniet interitus sicut do
lor parturientis et effugient
et sicut dolor de partu est vehemens
ita dolor de passione unde Trenorum
primo O vos omnes qui transitis per
viam· Cum autem peperit puerum
iam non meminit pressure propter
gaudium quia evasit dolorem et
propter gaudium quia scilicet fructum
partus· quia natus est homo in
mundum Nondum est illud eorum
... sed parit post resurrectionem adventum
que primo quod dicit mulier propter
fecunditatem bonorum operum et
quia spirituales deo generant· Sed
dicitur parere quando in mundo in temptationibus
pressuribus insistit dyabolus undique
temptat et affligit· Ideo parit
secundum Augustinum quia fructum eternum
desiderat· parturit cum nunc de
sideratum in futurum paritura
gemendo parturit nunc gemendo
in futurum paritura laudando Et
dicitur ista mulier gaudere de fructu
partus· quia fructus dicitur puer
natus· nec mirum quod dicitur natus
Sicut enim nasci dicitur cum quis
de utero matris procedens in hanc
lucem solutus ingreditur· ita
potest natus appellari qui solutis
vinculis carnis ad lucem
eternam sublevatur· Unde sanctorum
solempnia non funebria sed
natalicia vocantur Assimilatur
et fides ut puero masculo que
assimilatur puero· Cum autem est
secundum Augustinum quia fides eorum
parturientis est dei contemplacio

que assimilatur puero· liberalis enim
est qui propter se appetitur et non propter
aliud· contemplacio autem propter se
appetitur ad fructum contemplacionis
tendunt omnia officia in ... actionis
Adhuc enim fructum inserit quicquid
unde agitur· quia propter quod agitur
ipse autem non propter aliud sed propter se
ipsum tenetur. Sic ergo patet quod hec
eorum instatur ad ecclesiam. Refertur
etiam spiritualiter ad Christum quia Christus pari
endo solvit pressuras mortis
et novum hominem facit dum redit
ad vitam post mortem· quia vita
nobis est nota hominibus et ideo
dicitur· quia natus est homo in mundum
quia Christus homo post eius commortuus
surgebat ut puer deinde cum dicitur
Et vos ergo nunc adaptat eorum ad
propositum adaptando autem distinguit
duo tempora· tempus mortis· et tempus
resurrectionis primum tempus est tristicie secundum
tempus est gaudii· ita quod parturicio
tristicie, partus autem gaudio comparatur
de tempore ibi. Iterum autem videbo vos
Quantum ad primum tempus dicit et vos
igitur nunc quidem tristiciam habetis
et hoc de recessu sponsi ut, vene
nient dies cum auferetur sponsus
et tunc lugebunt de hac tristicia do
lor ... Cum sunt hii ser
mones quos confertis ad invicem
ambulantes et estis tristes. Deinde cum
dicitur Iterum autem agit de tempore re
surrectionis, in quo quidem tempore promittit
eis iterum visionem. Prius enim
videbant eos mortalem nunc autem
promittit eos videre separata mor
te et in corpore immortali. Iterum
autem videbo vos ac si dicat videbitis
me, sed hoc non potest nisi prius ego
descendero quam videam vos .i. me
ipsum vobis ostendam. Secundo promittit
eis gaudium de sua visione unde
dicit et gaudebit cor vestrum iuxta
xx. Gavisi sunt discipuli viso domino
Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis
quia primum gaudium quod habuistis
de presencia mea potuit a vobis tol
li quia potui mori· Hoc autem
gaudium non quia Christus resurgens

ex mortuis iam non moritur et mors
illi ultra non dominabitur. Hoc autem
gaudium dicit non posse tolli quia
post de quo est gaudium non amplius
tollitur. Tertio promittit eis in isto
tempore plenitudinem sancte laudationis per
spiritum sanctum unde dicit Et in illo die scilicet
post resurrectionem et receptionem spiritus sancti me
non indigebitis rogare quicquam q. d.
Non dicetis in illa die unde nobis
provenit et quo vadis. Cum sciatis ita
per spiritum sanctum. Notandum super illo verbo et
nobis quod quantum possumus distinguere
duplicem statum. Status presentis mi-
serie qui dicitur tristicie et status future
patrie qui dicitur status gaudii. Circa
ad primum dicit Et nunc quidem tristiciam
habetis in presenti miseria. Dicit enim iustus
de presenti miseria tristari de compassione
proximi. ii Cor. vii Nunc gaudeo quia
contristati estis ad penitentiam. Iustus
dicit in presenti miseria miseria tristari
dum peccator tristis est quia peccavit
deum et dolet quia fecit quod offensus est deus
et cum iustus tristatur de afflictione
proximi. Eccl. vii Non desis plo-
rantibus in consolatione et cum
lugentibus ambula. qui vel lu-
gentes consolatur vel lugentibus quasi
lugens compatitur. Tertio dicit contristari
iustus propter presentis calamitatis
quia nam creatura subiecta est
cruciatus per distanciam eterne felicitatis
de quibus duobus in psalmo Super flumina
Babilonis illic sedimus et flevimus
cruciatus ad primum dum recordare-
mur tui Sion. Iubilat autem tristicia
licet homo tristetur nunc tamen gaudet
dicit in spe quia spes sublevat tri-
bulacionem unde Apostolus Rom. xii Spe gau-
dentes et Thess. i Ut non contristemini sicut
ceteri qui spem non habent. Circa
ad secundum dicit status eterne
glorie quod dicitur et gaudium vestrum nemo
tollet a vobis. Ubi innuit quod sancti
gaudent eternum de cessatione presentis
desolationis Ioh. xvi plorabitis
et flebitis vos etc. sed tristicia vestra
convertetur in gaudium. Secundo gaudent
de hausto superne consolationis
Ys. xii Haurietis aquas in gaudio
de fontibus salvatoris. Gaudent
et de termino et fine presentis per-
egrinationis Thob. xiii Veni-
ent in Iherusalem quia hic peregri-
nantur et inhabitabunt ibi in
ea et gaudebunt in ea. Tertio hic
gaudebunt et ibi damnis (?) sibi
gaudebunt et hoc innuit quod dicit
Et gaudium vestrum nemo tollet
a vobis. Est enim hoc gaudium inami-
missibile quia sempiternum. Ys.
xxxv Venient in Sion cum
laude et leticia sempiterna super
eos. gaudium et leticiam ob-
tinebunt. Queritur de illo verbo
In illo die etc. utrum possit intel-
ligi de die post resurrectionem. videtur quod non
quia post resurrectionem interrogaverunt
eum. Act. i Domine si in tempore hoc
restitues regnum Israel etc. Et ipse
ultimo interrogavit Petrus dicens
Hic autem quid. Ad hoc autem quod
solvit Crisostomus ubi tria innuit
Primum est quod interrogatio procedit
ex ignorancia. Ideo cum aliquis
interrogat aut tristatur de interro-
gato et hoc est quod hic In illo
die scilicet post resurrectionem non interrogabitis
id est non sicut ignorantes interro-
gabitis quia eritis docti per
spiritum sanctum qui docet omnia. Secundum
quod innuit Crisostomus est quod omnis pe-
ticio ad impetrandum aliquid pro-
cedit ex indigencia. Ideo cum
quis vult aliquid impetrare quia
eo indiget et rogat. Hoc est quod hic
In illa die me non rogabitis
quicquam id est non indigebitis magna
instancia ad impetrandum petita sed suf-
ficit vobis nomen meum quod
invocantes omnia accipietis.
Tertium quod innuit est quod hec dies
de qua hic loquitur non solum includit
tempus post dies quo post resurrectionem
fuit cum discipulis sed etiam includit
adventum spiritus sancti quo spiritu
sancto impleti non indigebant inter-
rogare. Ex hoc patet solutio ad ar-
gumentum quia dies vocat

illum diem non solum diem resurrectionis et diem spiritus sancti. Secundo quereret aliquis utrum illa dies possit dici dies glorie. Videtur quod non quia dicitur Apocalypsis vi° usque quo domine non vindicas sanguinem nostrum ex quo videtur quod sancti petant pacem? Rogant scilicet quod ius suum vindicat et ad aliquid spectant glorie ex quo sequitur quod sancti orant pro nobis. Ad hoc autem quod dico sunt notanda primo secundum Augustinum in originali et est quod hoc verbum quod scilicet non solum petere verum etiam interrogare significat. Unde apud Grecos verbum unde est hic translatum est tale verbum quod utrumque possit intelligi scilicet tam petere quam interrogare significat. Ex hoc dicto patet quod solo quomodo scilicet dies illa potest dici glorie. Nunc enim videmus per speculum et in enigmate et ideo sumus imperfecti cognoscentes indigemus interrogare. Tunc autem videmus facie ad faciem et ideo cognoscentes illud in quo omnia videntur non indigebimus rogare id est interrogare. Tunc enim satiabitur desiderium nostrum per omnia. Satiabor cum apparuerit gloria tua et ideo sic satiati non indigebimus rogare id est petere. Ad argumentum autem quod ista dies ipsa debet intelligi post resurrectionem corporum quando reddiderit regnum deo et patri. Tunc enim sancti ex toto completum suum non requirebant proprie ut patebit? completus enim numerus electorum. Nunc autem ad hoc expectant contra rogant et petunt Amen amen dico vobis. Cristus discipulos consolatus suas ad patrem primo consolabatur eos ex adventu spiritus sancti et de hoc quod dictum est in prima parte capituli. Secundo ex visitatione filii et de hoc dictum est in secunda parte. Tertio ex auditione patris de hoc dictum est hic. Et dividitur hec pars in duas partes quia primo dicit primittit eis patris exauditionem. Secundo post promissionem sequitur

discipulorum consolatio ibi dixerunt ei discipuli. Circa primum notandum quod circa auditione tria requiruntur primum quod ex parte exaudientis cogitatus ex parte petentis dispositio ex parte petentis et super hec tria hoc pro tres partes quia agitur de promptitudine patris exaudientis. Secundo de cogitatione petentis ibi usque modo. Tertio agitur de dispositione petentis ibi hoc in proverbiis. Circa primum dicit salvator Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem meum in nomine meo dabit vobis id est promptus erit ad dandum. Queretur aliquis de illo verbo Si quid petieritis multi enim multa petunt petierunt qui non sunt exauditi. Ad hanc questionem solvit Augustinus originaliter primo ponderans illud verbum Si quid illud dicitur esse quid quod est aliud nichil autem est res spiritualis temporalia enim et mortalia sunt vel spiritualia que non sunt. Sic ergo vult dicere salvator quod si spiritualia petamus consequimur. Secundo solvit Augustinus ponderando id quod dicitur infra petite et accipietis et gaudium vestrum plenum sit ubi estimatur quod debemus petere ea que sunt ad gaudium eternum et petendo consequimur quia talibus bonis nequaquam divina iusticia defraudabit sanctos perseverantes in petendo. Tertio autem ponderat illud in nomine meo. Non enim accipitur hic nomine pro sono sed pro ea re quam sonus significat ita quod nomine hoc intelligitur quod res nominata. Ille ergo consequitur quod petit qui petit in nomine salvatoris. Talis autem est qui nichil contra salutem petit tale enim quod sic petitur non negatur sed tamen aliquando differtur ut congruo tempore detur. Quarto ponderat Augustinus illud verbum dabit vobis quasi diceret Si petieritis pro vobis consequimini ut enim dicit Augustinus exaudiuntur sancti pro se ipsis non autem semper exaudiuntur pro aliis. Ad hoc et potest adduci illud quod dicitur Ieremie vii Noli orare pro populo hoc neque assumas pro eis laudem et orationem et non obsistas michi quia non exaudiam te. Ubi dicit glossa quod duo

sunt que obsistunt orationibus ne au
diantur a domino primum peccatorum in
correctus et permanens Secundum est cor
impenitens sive finalis in prima
dicit et glosa Jste sunt peccata obsi
stunt ire dei Unde Moyses dicit Dimit
te me ut percuciam populum istum de
persinee Tercium dei est Scit persin
necesse et placuit ad agrum patris
quia ad salutem pauli et aliorum magis
magis expediebat non exaudire
quam exaudire Deus enim dicit usque
modo agitur de congruitate temporis Ob
iectio est quod exauditio sit in virtute
nominis christi Illud quod temporis sunt
congruum ad exaudiendum quando nomen
eius fuit cognitum et hoc est quod
dicit textus usque modo non petistis quid
quam in nomine meo et hoc quia
virtus nominis fuit nobis ignota
Sed nunc cognita virtute huius nominis
petite et accipietis ut gaudium vestrum
plenum sit quia omnis peticio ad
id gaudium debet referri Tangit autem
salvator primo ipsum exaudientem
scilicet patrem cum dicit petite scilicet patrem
ut exponitur Communiter quod ille exaudiunt
qui se habent ad deum sicut filii ad patrem
et qui non sunt deo ex timore
servili Secundo tangit salvator id
in cuius virtute fit exauditio statim
premisit usque modo non petistis quicquam
in nomine meo Et subdit petite
scilicet in virtute nominis mei Crisostomus
In hoc ostendit virtutem nominis quia
non simplex nec vagatus sed nominatus
solum quod apud patrem fit invocatio
Tercio salvator tangit quid petendum
est quia gaudium eternum nec aliquid
ordinatum ad hoc gaudium et ideo
dicit ut gaudium vestrum plenum sit
Est enim triplex gaudium primum gaudium
magnum et primipotens et hoc
est gaudium mundanum de quo proverbiorum
xiiii Risus dolore miscebitur
et extrema gaudii luctus occu
pat de hoc dicitur Job dicunt
in bonis dies suos etc. Secundum est
gaudium plenum et hoc est gaudium
spiritualis gratie et hoc est gaudium
primo de presentia sua Lucas Va
dete quia nomina vestra scripta
sunt in celis id est quia iam estis cives
celestis patrie per spem Secundo est gau
dium de collatione virtutum Ysaias lxi
Gaudens gaudebo in domino et ex
ultabit anima mea in deo meo quia
induit me vestimento salutis et
indumento iusticie circumdedit me
Est et hic gaudium de presione
adversariorum Actuum v Jbant apostoli
gaudentes a conspectu concilii etc. Secunda ad
Corinthios xii libenter gloriabor in in
firmitatibus meis etc. Tercium gaudium
est plenum et hoc est in eterna gloria
dicitur hoc gaudium plenum quia ad
implet totum appetitum hominis
Psalmus Adimplebis me leticia cum
vultu tuo Secundo dicitur plenum quia
constat expressione et amore plenum
est presto bonum de hoc bono Exodi
33 Ego ostendam tibi omne bonum
Tercio dicitur plenum quia purum est
sine permixtione contrarii Apocalipsis xxi
In morte hic faciet deus quinimmo
videmus de fletu id est sine fletu tristicie
Et Apocalipsis xxi Et absterget deus
deus omnem lacrimam ab oculis
sanctorum etc. Quarto dicitur plenum quod
inamissibile Johannes xvi et gaudium
vestrum nemo tollet a vobis etc.
Queritur aliquis de illo non usque
modo non petistis quicquam etc. quia
semper petierunt dantes Unde non
patrem Secundum est adquirere Quod dicit
in questionibus exponit illud verbum
duobus modis primo modo quia
petierunt prius tamen non in nomine
eius cum non haberent ad huc
perfectam noticiam Adveniente
autem spiritu sancto habitu erant perfectam
noticiam huius nominis et virtute
eius erant magna sunt Alio
modo exponit Augustinus Et licet
petiuissent prius tamen ea que
petiuerunt non erant magna
per eorum que petere debuerunt
et quia adhuc non erant capa
ces eorum Spiritus autem sanctus
adveniens fecit eos capaces
spiritualium docens eos quid pe
tere debent Ad argumentum
patet quod discipuli non petierunt
a patre in nomine christi secundum quod consi

1 semis

de xpo tamquam de quodam me
diatore petebant ab eo ut conde
cenderet pater. Deinde cum dicit Hec in proverbiis
postquam dictum est de proximitate dominice
exaudicionis et de hora exaudi
cionis dicit de disposicione petentis.
Dispositio autem est duplex primo
quod cogitet illum in cuius virtute
[quo petat illo] petit. secundo dispositio est ut fidu
ciam habeat petendi propter aliquam
coniunctionem quam habet cum illo a
quo petit. et tunc circa hec tria ponuntur
hic duas partes quia primo agitur
de prima disposicione. secundo de secunda
ibi et non dico vobis. Circa primam
primum continuet dicens Sic ergo
petite et accipietis et postea po
teritis. quia venit hora ut co
gnoscatis patrem a quo petatis
et nomine meo in cuius virtute
petitis. Hec enim in proverbiis locutus
sum vobis i. obumbrate et obscure
et hoc quia capaces non estis. Sed
iam non in proverbiis loquar vobis
i. obumbrate et obscure sed
palam annunciabo vobis de patre
a quo scilicet petere debeatis. et illo
die quo scilicet hec fient vobis manifesta
in nomine meo petetis quia cognoscetis
nomen meum et virtutem eius.
Contra hec arguit aliquis de illo quod dicit
hic et tunc scilicet in illa hora
Sed habent glossam solvit Augustinus
in dicens ubi tria innuit primum
est quod ista hora de qua loquitur
xps non est dies hora eterne glorie
cuius ratio est quia licet in illa hora
nichil sit petendum tamen aperte co
gnoscetur pater et nomen xpi
tunc i. etiam glorie non est petitio
quia non est ibi indigentia.
Petitio autem est indigentis qui
scilicet petit pro se vel pro indigente
qui petit pro alio. Illa autem
hora de qua xps loquitur est de
peteretis unde dicit xps In illo die
in nomine meo petetis. Secundum
quod innuit Augustinus est quod illa hora
in qua apostoli per adventum spiritus
sancti sunt spirituales prius enim
carnales existentes non recipiebant
celestia ut celestia et ideo de
patre noverant patrem nec xpm
in cuius nomine petere deberent

facti autem spirituales cognoverunt quia
spiritualis homo omnia iudicat.
Tertium quod innuit Augustinus est quod verba
spiritualia primo accipiantur ad discipulos
ut proverbia quia non capiebant ea
in spirituali natura. Hec enim dicta ut carnale
et spirituale. quia carnalis capit ea
que audit de spiritualibus ut proverbia
i. quia sonant proverbia Sed quia sonant
sicut dicit Augustinus Sic audit quicumque audit
de dei natura ut aliquid corpus co
gitare non possit et ideo non com
prehendit quod solet aliquis audire proverbia
et tunc non intelligere ea. Spiritualis autem
de spiritualibus audiens intelligit
ea et non sonant ideo ei proverbia ut au
dit ea sonant aliqui audiunt proverbia
et tamen non intelligunt. Sic ergo
patet quod secundum Augustinum Crisostomus tamen dicit
quod illa hora fuit tempus xl dierum quo
xpus fuit conversatus cum eis post resurrectionem
xl diebus xpus disputavit
cum eis loquens de regno dei. Augustinus
ergo dicit Omnibus in gestis mirabilibus et dicione
contra hec non attendistis hiis que dixi
et ideo videntur vobis proverbia sed in illa
autem hora postquam a mortuis resuscitatus
me videntes palam potestis omnia
discere tam de me quam de patre deum cum
dicat et non dico vobis. Postea ponit dis
positionem que requiritur in petente et est quod
ille qui accedit ad petendum aliquid
habeat in se unde confidat accedere unde
xpus hic ostendit quod discipuli secure pote
rant accedere primo propter amorem
quem habebant ad patrem secundo propter fidem
qua credebant in eum Dicens ibi
Et credidistis quoniam a deo exivi et non
dico vobis quia rogabo patrem pro
vobis scilicet tamquam pro illis qui nichil habent
in se unde confidunt accedere ipse
enim pater amat vos. quia vos me
amastis Deinde cum dicit Et credidistis
ponitur secundum quod dabat fiduciam scilicet fi
des unde dicit non solum amastis
sed credidistis quia a deo exivi et
fides vera vel est quod quia exivi
a patre per eternam generacionem et veni
in mundum per incarnacionem Iterum
relinquo mundum corporali discessione
et vado ad patrem hominis ascensione
Contra hec arguit aliquis de illo quod dicit et non
dico vobis quia rogabo patrem
vel enim hoc intelligitur de hora post

t-rom uel hora etiam glie. Nota prima
quia in illa hora apli non indi
gebant ut xpc interrogaret pro eis
pcc de fa. Circa primam dicit b. Joh.
prima epla primo capitulo admonendo
hereticos Si quis autem peccaverit advocatum habemus
rogat pro nobis. Contra est quod illud dictum
xpi dupliciter exponi duobus modis
Primo modo ut dicit ipse Non rogo pro
vobis. tamquam pro illis qui indigeant
hoc ut ego rogem quod mereantur exaudiri quia
vos habetis in vobis fidem et amo
rem que exaudiri merentur hanc
glosam sequitur hylarius vi de trinitate dicit
Perfecta fides de filio nescit aput patrem
intercessionis eius ro, quia
fides qua credit quod xpc a deo exivit
et eum amat per se ipsum et exaudiri
meretur et amari. Alio modo exponitur
secundum Aug. in libro novo est quod hoc xpo
convenit natura humana et divina
secundum humanam rogat, secundum autem divinam
exaudiebat postquam ergo soli patre
cognovit, xpm cognovit de eo
quod non solum habebat naturam secundum quam
rogabat, sed etiam secundum quam exaudie
bat et hic est sensus huius Palam
annuntiabo vobis de patre et etiam
de me, et tunc non dico vobis quia
rogabo patrem quia tunc habeat nam
rogantis primo cognoscent
quia etiam habeo naturam exaudientis
et sic patet ad argumentum. quia xpc non
negat quin roget sed negat quod non
rogabit pro talibus qui non habent
unde credant vel negat se esse
tantum naturam rogantem in quo innuit
quod habet naturam per quam possit exaudire
Secundo quereret aliquis de illo verbo
Ipse amat vos quia vos me amastis
Postea enim videtur contra quod amor
noster est causa amoris divini quod non
est verum prima Joh. iiii Non quasi
nos dileximus eum. sed quia ipse
prior dilexit nos Ad hoc autem respon
det Aug. in originali In qua
responsione duo innuit primum est quod
deus facit amorem in nobis et hoc
diffundendo amorem in cordibus
nostris per quem amemus patrem et
filium. Et hunc amorem amavit
deus eum amando nos voluit
in nobis esse per hunc amorem
Secundum quod innuit Aug. est quod deus
non in nobis faceret quod amaret
nisi antequam eo faceret cognosceret
quod amor dei est causa amoris nostri.
Amat enim nos deus et conforma
eis ad bonum etc. Sapientie xi Diligis
omnia que sunt Amabat autem
apostolos volendo eis primum bonum
Tale autem bonum processit. s. amor
in apostolis quem in eis fecit deus
eos amando Ad argumentum
dicendum est quod illa probatio non est per
causam sed signum. tunc autem est sensus
pater amat nos et huius signum
est quia me amastis Tertio quereret
aliquis de illo verbo Exivi a patre
Hoc enim videtur dicere motum
localem sed in deo non est motus
localis ergo etc. Ad hoc dicendum est
quod exitus non dicit hic motum
localem sed generationem filii un
hylarius vi de trinitate Exivi a patre
et veni in mundum non est eiusdem
significationis alterum enim significat
processionem alterum significat eius adventum
primum in natura filii est. alterum
in dispensatione quo ergo dicit
quod filius est a patre non intelligendum
est quod exeat sicut contentum a con
tinente. Nec sicut pars a toto
nec sicut causatum effectus a causa
quia causa et effectus dicunt diversa
Pater autem et filius sunt unius
essentie sed magis exit ab eo sicut
verbum a dicente intellectuale
quod quidem verbum manet in dicente
propter unitatem essentie quia ut dictum
est pater est in filio et filius
in patre Exit autem a dicente propter
alienitatem suppositorum. Ad argumentum
patet quia exitus non ponit hic
propter motum sed propter generationem
ubi a dicente quod in divinis est sine
motu et mutatione. Deinde cum
dicat Dixerunt ei discipuli eius. Ex po
sita xpi promissione ponitur
discipulorum consolatio que describitur
isto ordine, quia primo ponitur
eorum consolatio de hoc quod intel
lexerunt verba xpi Secundo ponitur
eorum instructio quia decipiebantur
ibi Respondit eis Tertio ponitur
eorum confirmatio ibi Hec locutus

sum vobis. Sextum ad quod
discipuli consolati ex verbis Christi
confitentur claritatem in doctrina
unde dicunt: Ecce palam loqueris
i. clare et manifeste, et proverbium nullum
dicis. Videbatur autem clare Christus
loqui de sua incarnatione quando
dixit: veni in mundum, et de sua
ascensione quando dixit: iterum relinquo
mundum et vado ad patrem. Septimo
discipuli confitentur plenitudinem scientie
Christi unde dicunt: Nunc scimus
quia scis omnia et non est opus
tibi ut quis te interroget. Quam
dicunt super Crisostomum: audisti de
eis que sunt in mente nostra, et
ex hoc arguimus quod omnia ~~sunt~~
scis, et non est opus ut quis te
interroget, quia antequam audires
nosti ea que nos scandalizabant
et quiescere nos fecisti quando pater
amat nos. Octavo discipuli expri-
munt suam fidem dicentes: In hoc
quia omnia scis credimus quia
a deo existi. Queret aliquis de
illo verbo Ecce nunc palam loqueris.
Christus enim non promiserat discipulis
loqui sine proverbiis in illa hora
sed in hora futura vel glorie. Cum
ergo dixerunt Christum loqui sine pro-
verbiis in hora non promissa, vi-
dentur non intellexisse quod dixe-
rat. Ad hoc respondet Augustinus super
Iohannem: discipuli erant ignorantes
eius ut nec se intelligere igno-
rarent. Unde Augustinus ibi: Certe
ista dicunt discipuli quia ea
que sunt Domini nec intelligen-
tibus eis proverbia usque adeo
non intelligunt ut nec saltim
non se intelligere intelligant.
Nono queret aliquis de illo verbo
et non est opus tibi ut quis te inter-
roget. Videtur enim quod debet dici
contrarium, ab illo enim qui scit
omnia solvende sunt questiones et
per consequens ille est interrogandus. In
hac questione duo sunt notanda.
Primum unde arguebant discipuli
eum scire omnia. Arguebant
autem ex hoc quod cognoscebat
occulta cordium et cognoscebat
conceptus latentes in intellectu
et expressos per verbum vocale,

ex quo dicebant ipsum scire omnia
s. non solum manifesta per vocem sed etiam
latentia in intellectu et in intimo
mentis. Hoc patet supra s. solutione
questionis. Ubi advertendum est quod ad hoc
sunt interrogationes et questiones ut
dubitatio latens in intellectu ingro
qui non videt id quod latet in intel-
lectu manifesta fiat. Cum igitur Christus videret
cogitationem latentem non erat opus
ipsi Christo ut quis ad manifestationem
sui conceptus interrogaret eum. Ipse enim
poterat solvere dubia non expressa
in actu intellectus et ideo Christus aliquando
preveniebat interrogantes respondens
ad cogitationes eorum. Ad argumentum
patet solutio. Non enim dixerunt discipuli
Christo non est opus nobis ut quis
interroget te, sed non est opus. Et legimus
eum sepe interrogasse et interrogatum
fuisse. Christus tamen non interrogavit ut
disceret quia hoc opus esset sibi sed magis
interrogavit ut alios doceret sicut
ex Christi interrogatione aliquis didicit
conceptum eius. Sic enim interrogatio
fuisset nulla Christo sicut ignoranti quod
est falsum quia Christus interrogatus nichil
didicit qui prius quam interrogaret inter-
rogantis noverat conceptum. Decimo
queret aliquis de illo verbo Credimus
quia a deo existi. Unde credebant
discipuli ad quem confessionem venerunt. Hylarius
in de Trinitate ubi ita dicit: Primum est
quod Christus dixit scilicet se a deo exisse
et venisse in mundum. De quo nichil
admirationis habuerunt discipuli quia sepius
hoc audierunt sed de prima. Unde
non dixerunt: Credimus quia
a deo venisti, sed credimus quia a deo
existi. Secundum quod dicit est quod discipuli
credebant eum a deo exisse quia
agebat que dei erant, sicut cognoscere
occulta cordis et similia. Tercio di-
cendum est quod ideo filius exiit quia
nascitur. Exitus enim filii idem
est quod nativitas viventis ex vi-
vente. Et ideo quod in corporalibus exitus
filii a patre ut dicit significat nativitatem
quod est et inchoationem eius. Exitus
eius et signum et significatum
puta quia signat nativitatem
et consignat eam in tali tempore. Cum ergo
verificatur de filio exitus verificatur

quo ad sig^ti^ et no(n) ipe quo ad co
sig^ti^ quia nulla va(r)iacio et nullu(m)
tpus est in na(tu)ra filij dei Deinde
dicit Ecce nu(n)c ei(us) illius Instinct(us)
deli q(uod) fides eo(rum) no(n) erat firma
Credebant enim se esse p(er)fectos i(n) fide
et ideo dixerunt Credimus Christus
aute(m) o(stendi)t eos esse imp(er)fectos ut h(um)ilia
sapiant et sic facit cu(m) d(icit) modo
creditis vbi adu(er)tend(um) q(uod) istud
verbu(m) ih(esu)s debe(m)us p(ro)ferre duob(us)
modis p(ri)mo in significanda et tu(n)c
est s(ens)us modo creditis i(d est) corde est
quod credit(is) q(uasi) d(iceret) vsq(ue) modo de
dubitastis Alio modo p(otest) legi aff(ir)
mando cu(m) n(on) ponebant insul
tando ponebat(ur) interrogatione
ita q(uod) interrogacio est exprobracio
tardi(ta)tis discipulo(rum) Nunc aute(m)
affirmatur fides eo(rum) ut p(atet) s(ensus) v(er)u(m)
est quod creditis s(ed) tamen imp(er)fecte
quia venit hora etia(m) venit
et impleta est ut dispargamini
vnusquisque in p(ro)p(ri)a Quia p(er)cutio
pastorem et dispergent(ur) oves gregis
et me solu(m) relinquetis Ysa(ias) lxiiii
Torcular calcaui solus s(ed) tamen
hec solitudo no(n) excludit diuinu(m)
auxiliu(m) s(ed) tamen h(um)anu(m) quia
no(n) sum ego solus q(uia) p(ate)r mecu(m)
e(st) Aug(ustinus) Non eu(m) qui complexus
est u(n)o discipuli carne sed eius
carne verum et mente relinquerent
fidem q(uod) ego dicit xpc sum Aug(ustinus) in
hu(n)c est inicium p(re)ssure et nu(n)c
p(er)turbatio ut quod nasc(itur) credit
relinquat h(ec) ecce aute(m) apparuit
in illo Cleophe qui cu(m) xpo se
loqui nesciens et quid ei co(n)tingit
narrans nos aut(em) sperabam(us) q(uia)
ipse esset redempturus Israel In quo
concludit(ur) q(uod) ipse et alij re(li)querat
xpm non solu(m) carne s(ed) et eius
defendo fidem Deinde cu(m) d(icit) Hec
locutus sum vobis ponit(ur) dolor(um)
confirmacio dixerat eu(m) xpus q(uod)
dispergent(ur) in p(re)ssura qua h(abe)rent
i(n) iuncte passione n(on) sic tu(m)
in p(re)ssura q(uam) h(abi)tur erant p(ost)
receptio(n)em sp(iritu)s s(an)c(t)i Tunc et(iam)
nulla p(re)ssura eos a(b) evellere
a pace xpi poterat Et h(oc) e(st) quod

d(icit) l(itte)ra Hec locutus sum vobis
s(cilicet) de p(re)ssura et de tribulacione vt c(um)
ut accepto sp(irit)u s(an)c(t)o in me pace(m)
habeatis quia pacem no(n) dabit
vobis mundus et hoc quia in mundo
p(re)ssura(m) habebitis et no(n) pace
s(ed) no(n) obstante p(re)ssura mundi
q(uasi) d(icat) Confidite i(n) me et vincetis
sicut ego vici Non enim xpc sicut
dicit Aug(ustinus) vicisset mundu(m) si non
mundus vicisset membra eius
Circa hanc victoriam tria sunt
notanda p(ri)mo quia xpc vicit
mundu(m) p(ri)mo vincendo concupis
centiam p(er) labores et passiones
ad p(ro)p(ter)ea in s(an)ctitudine et obediencia
vsq(ue) ad mortem Sc(d)o vincendo
concupiscencia(m) oculo(rum) p(er) paup(er)tate(m)
ps(almus) Pauper et inops sum ego
T(er)cio vincendo sup(er)biam p(er) h(um)ili
tatem q(ui)a Ih(esu)s discite a me q(ui)a
mitis sum et humilis corde
Dicit et xpus mundum qui a p(ri)n
cipem mundi eicit foras Joh(annes)
xij^o^ Nunc princeps mundi eic
ietur foras Sc(d)o videndum est
quis vincit mundum Vincit
aut(em) mundu(m) p(ri)mo qui nascitur
ex deo Joh(annes) v^o^ Omne quod na
tum est ex deo vincit mu(n)du(m)
Ro(mani) aut(em) huius victorie e(st) quia q(ui)
natus est ex deo h(abe)t semen
dei in se ex cuius v(ir)tute resistit
mundo et peccato Vnde j Joh(annes) iij^o^
Omnis qui natus est ex deo
peccatum no(n) facit quia semen
ipsius in eo manet et non
potest peccare q(uonia)m ex deo natus
est Alia r(ati)o ad hoc e(st) quia
qui nascit(ur) ex deo nascitur
ex sp(irit)u et no(n) ex carne Tales
aut(em) aguntur a sp(irit)u et non
a mundo Ro(mani) viij^o^ Qui sp(irit)u
dei aguntur hi filij dei sunt
Ad galath(as) Sp(irit)u ambulate
et desideria carnis no(n) p(er)fi
cietis Vincit s(ecun)do mu(n)du(m)
qui h(abe)t p(er)fectam fidem j Joh(annes) v^o^
no(n) hec est victoria que vi(n)
cit mundu(m) fides n(ost)ra R(ati)o
aut(em) huius victorie e(st) quia
fides facit eterna subsistere
in nobis ex quo(rum) p(re)sistencia

vilescunt nobis omnia temporalia
Unde ad hebr. [11] confitentes quia
peregrini et hospites sunt i. per quam
res sperande subsistunt in nobis
Tertio videndum est quid hortatur
nos ad vincendum mundum. Et primo
hortatur nos exemplaris informatio et desuper hic confidite
quia ego vici mundum. Secundo
hortatur nos finalis premiatio
quia qui vincit consequitur immortalitatem. Apoc. 2 Vincenti dabo
edere de ligno vite. Et ibidem
Qui vicerit non ledetur a morte
secunda. Tertio consequitur etiam
stabilitatem. Apoc. 3 Qui vicerit
faciam illum columpnam
in templo dei mei. Quarto qui
vicerit sursum deificabitur
ibidem Qui vicerit scribam
super eum nomen dei mei. Hec
autem scriptura est expresse quia anima
assumitur in tantam altissimam deitatem et hoc est ibidem Qui vicerit
sic vestietur vestimentis albis
hec autem vestimenta sunt stola
anime et corporis. Sexto qui vicerit
intellectualiter illuminabitur. Apoc.
2 Vincenti dabo manna
absconditum et in calculo nomen novum
scriptum quod nemo scit nisi
qui accipit etc.

xvij Et locutus est ihesus. In
principio xvj capituli dicebatur quod xpc tria faciebat
Primo eum confirmabat
discipulos exemplo sue humilitatis
Secundo eruditionis. Tertio prosequitur orationis. De duobus habitum est in precedentibus. De
quarto agitur in hoc capitulo in
quo xpc orat petendo a patre
aliquid. Orat autem quatuor
modis. Primo orat pro se. Secundo pro
apostolis ibi Manifestavi nomen
tuum hominibus. Tertio pro illis qui
credituri erant per apostolos ibi
Non autem pro eis. Quarto pro utrisque
ibi Pater quos dedisti michi. Pa
in d. p. quia primo promittuntur
conditiones sive orationes huius pe

titionis. Secundo ponitur petitio sive
oratio ibi Et nunc clarifica me. Conditiones
autem sunt tres. Debet autem
petitio supponere devotionem petentis. Secundo debet esse fecunda. Tertio
debet esse rationabilis. Primo ergo agitur
de devotione petentis. Secundo de statu
petitionis i. Pater venit hora. Tertio
de ratione ibi Ego te clarificavi. Circa
ad primum dicit Hec locutus sunt est
ihesus et sublevatis oculis in celum
scilicet pro devotione. Sic Jo. xj Ihesus sursum
elevatis oculis dixit Pater gratias ago tibi. Oravit ergo xpc
devote quod patet in sublevatione
oculorum. Ps. Ad te domine levavi
oculos meos. Secundo oravit et reverenter quia orando dixit Pater.
Tertio oravit exemplariter. Oravit
enim voce et sono et hoc ad exemplum
nostrum. Unde de sono dicit Crisostomus xpc
hic eum levavit oculos in celum
ut nos doceret extensis manibus
quod est in orationibus ut stantes
supernis aspiciamus non oculis carnis
solum sed etiam mentis. De voce dicit
Augustinus in omelia. Et xpc poterat
orare silendo sed noluit ut oraret
quam pro nobis faceret non tam faceret
nobis itaque exhibet se non solum
petitorem apud patrem sed etiam doctorem apud discipulos. Deinde cum dicit
Pater venit. Agitur de secunda petitionis qui est super ... De 2o ibi
Sicut dedisti michi. Circa ad primum
notandum est quod ex clarificatione filii
sequitur clarificatio patris. Ex hoc
enim quod filius est notificatus mundo
etiam notificatus est pater. Filius est
ex hoc est quia cuius claritas cognoscitur claritas autem filii ducitur
in claritatem patris. Unde dicit cum loco
Pater venit hora scilicet passionis clarifica filium tuum scilicet per passionem ut
filius tuus iam clarificatus clarificet te i. clarum te ostendat coram
mundo et filius clarificatus clarificat
patrem. Non quia tota notitia filii
ducitur notitia patris sed quia filius
iam clarificatus notificat patrem.
Deinde cum dicit Sic dedisti ei potestatem
... fructus qui est beatificatio fidelium

Ubi advertendum est quod deus ab eterno
dedit salvandos xpo per predestina
tionem hoc enim preordinavit ab eterno
quod essent habituri vitam eternam
mediante xpo Et hoc autem
notificatur claritas xpi quod fide
les consequuntur vitam eternam me
diante ipso ut qui sunt sibi dati
per eternam predestinationem sibi dentur
in effectu per finalem glorificationem
et hoc est quod petit xpus dicens
Sicut dedisti ei potestatem omnis
carnis i. omnis quod dedisti ei potestatem
omnis hominis ut omne quod de
disti ei per eternam predestinationem det
ei vitam eternam per finalem glorifi
cationem ut si queratur que est vita
eterna videtur hec est vita eterna
ut cognoscant te solum verum deum
et quem misisti ihesum xpm Deinde
cum dicitur Ego te clarificavi ostenditur
quod petitio est rationalis et hoc quia
xpus meebatur clarificari et ipse
clarificaverat patrem et hoc est quod
dicit xpus Ego clarificavi per per
fectum opus consummavi quod
dedisti michi ut faciam hoc autem
consummatio fuit quia obedivit patri
usque ad mortem ad philippenses 2° Cum
ret aliquis de illo verbo venit hora
Secundum hoc enim videtur quod xpc neces
sitabatur ad horam quod falsum est Ad
hanc questionem respondet Augustinus in originali
In qua responsione unum supponit
et est quod omnia que sunt in tempore
tas habent ex dispositione divina
que tamen non sunt in tempore et hora
passionis xpi fuit in dispositione
divina Ex hoc primo sequitur solo
quod non venerat ei hora non quod
qua necessitaretur xpc pati sed qua per
dispositionem divinam digna erat dicens
Secundo queret aliquis de illo verbo
clarifica filium tuum Sicut enim dicit
hylarius Ihesus fuit verus filius
origine non adoptionis utilitate
non impetrationis necessitate non
creatione sed talis non indiget cla
rificari quia ab eterno claritatem ha
buit Ad hanc questionem dicendum est quod
hoc claritas quam petit xpc potest
intelligi duobus modis vel
cum petat in passione unde
hylarius venit hora qua fla
gellandus et crucifigendus est
xpus Sed clarificavit eum pater
dum sol decursu operis sui defecit
et mirum est cum eo reliqua
mundi elementa senserunt
quod dicit hylarius clarificavit filium
dum et mira alia in passione sua
Secundo potest intelligi quod xpc petat
claritatem in resurrectione et hoc est quod
dicit glosa clarifica filium tuum ut
filius clarificet te tamquam diceret
resuscita me ut innotescas
toto orbi per me Ad argumentum
patet quod xpc petit claritatem quantum
ad humanitatem quia in resurrectione
induit immortalitatem et in ascen
sione exaltata est unde de hu
militate et exaltatione xpi
dicit apostolus ad philippenses Semetipsum
exinanivit etc primo enim dicit
de humilitate secundo de claritate
ibi propter quod exaltavit deus
eum etc Tertio queret aliquis
de illo verbo ut filius clarificet
te Claritas enim patris est eterna
que nec augeri nec minui potest
Ad hoc respondet Augustinus in originali dicens
quod potest non indiget clarificari quia
de minus claro fit magis clarus
Sed quia sua claritas innotescat
hominibus primus enim deus tantum
notus erat in iudea per evangelium
autem xpi factum est ut innotesceret
gentibus Quarto queret
aliquis de illo verbo dedisti ei
potestatem omnis carnis Secundum
hoc enim videtur quod filius sit minor
patre quia ab eo accipit Dicendum
est quod hoc potest intelligi duobus
modis primo de xpo secundum divinam
naturam quia pater generando filium
dedit ei virtutem continendi omnia
et per consequens potestatem omnis car
nis i. omnis hominis ut accipiatur pars pro toto Ex hoc
autem arguitur aliqua mino
ritas in xpo quia maioritas
et maioritas attenditur

penes magnitudinem cen^e et
penes modum quidi. Alio ergo
pr h^z cen^a az a se et filius ab
eo ergo hic tamen non arguitur
aliqua inequalitas inter
prem et filium quia una est
essentia in pre et filio Secdo pt
exponi illud verbum de xpo sm
hnguaz nam deus em a sui
incedo hnam nam ad unitatem
plem dedit eis ptatem omnis
carnis et hic em pr nota sit
omni creaturi Unde Augustinus dedi
sti ei ptatem omnis carnis
et hic ut te glificet i nomen
tuum notum faciat omni carni
quam dedisti ei s faciendo eum
caput sup omnes ecclias vel ecclia
ex hic q filius in humanitate as
sumpta e reditus omnis car
nis. Ad argumentum pz p pmo
quia ut dcm e alia dato no
arguit aliqua inortalitem
filio sicut xpus ne quia S^o
quia si intelligatur de xpo sm
hnam nam non e inquerens
q in tem nam filius sit boer
pre et eet seipso arzuto gren
aliquis de illo vo hec e vita
etna ut cognoscat te ze sed
hic eum videtur q btitudo tota
sit i inde dmo. et hec sit si to
btdo est in ode dem eo oue
pus possit suspendi a suo po
stcion et p cadi ab eo posse
eum aliquis ee btus no amas
quia intellige e pus q amac
Ad hanc quam dicunt quidam
q tota sba btitudinis e i visi
one Atang eiudenac ta no
tenent pmo e q illud dr vivus
qd se monet ad opa vite. hic
autem quod se pe monet dicat
vivens duobus mois pmo
quia quia pt se moue ad opa
vite et sic dormiens dr vivens
Alio mo dr vivens q actu
exerct opa In pma vita no
e btdo s in sa Sm qd ndt
e q s i opa quec exercens a sr
ma vitali sunt intelligere
vive s intellige e vive et
nobilissimum vive et quia
intellectus et intelligibile sunt unum
Sequitur q qui intellectus intelligit
rem eternam sit unum cum ea et est
ibi vita etna que e ipsa btitudo
Tercio quod notandum est q amor est
movens intellectum ad hanc visionem
desiderat enim amans ipsum intel
lectum psici p obiectum btificum que
psto e ex hoc q obiectum e pns in
tellectui Ex quo sequitur q btitudo
no e in amore sm sbam et hic
quia desiderium precedit sbam beati
tudinis sicut decor et complectio
eius postquam enim obiectum btificum
e pns intellectui quiescit voluntas
in eo et in eo delectatur Alia o
pinio est in visione et in amore
Cuius ro e quia btitudo est exptc
q obiectum btificum e pns sibroue
finis et boni hic mo e pns volunti
quia finis et ~~bt~~ bonum e obiectum
voluntatis. preterea btido e in vl
timata pncia obi btifici. hec at
pncia e sibrone amati postquam
enim obiectum e pns subrone veri ad
hoc restat ut sit pns sibrone a
mati distingoit aut h posico
inter desiderium est r v r no hite
et ideo in tali actu no pt esse bti
tudo amor aut r v re hite et in
tali pt esse btitudo. voluntas
enim non solum desiderat ut obiectum
btificum sit pns intellectui p modum
visionis s eet desiderat ut sit pns
sibi p modum amati Cum ergo di
cebat alia posico q voluntas
desiderabat ut obiectum eet pns intel
lectui dcm quiescebat in abo sic
pnte obmittebat actum amoris
quem sequitur quies Nisi enim
quiesceret voluntas in re visa nisi
amaret Tenendo hanc posicionem
dicendum e ad dictum salvatoris q ipse no
intendit excludere a sba btitudinis
actum amoris s forte io mag fecit
mencionem de visione q de amore
et hec pt distinctionem statuum. hic
enim status distinguuntur a statu
pric penes fidem et visionem
hic enim status e enigmaticus
enigmati aut est credere. Visio

aut non distinguitur a statu penes
amorem et caritatem quia caritas
non evacuatur sed magis perficitur.
Sexto queritur aliquis de illo verbo
ut cognoscant te solum verum deum
Secundum hoc enim videtur quod solus pater
sit verus deus et per sequens oppo-
situm quod filius non est deus. Preter-
ea videtur quod beatitudo non potest in
visione spiritus sancti quia loquendo
christus de beatitudine non facit men-
tionem de spiritu sancto sed solum de patre
et filio. Ad solutionem huius questionis
secundum quod dicit Augustinus in originali quod filius
non excluditur a unitate deitatis
Cuius ratio est quod iste debet esse ordo verbo-
rum te et quem misisti ihesum christum
cognoscant solum verum deum et secundum
istum ordinem salvator non exclu-
dit deitatem a filio sed magis affir-
mat deitatem de filio. Item secundum istum
ordinem hic solum excludit filium
a deitate sed excludit ea que non
participant deitatem per essentiam que
deitas per essentiam est deitas vera et
sic hic excludit participantes et
deos per participationem. Ad argumentum
primum patet. Ad 2m argumentum
solvit Augustinus 6 de trinitate capitulo 9
illi enim tractant hanc materiam
dicit Augustinus quod nominato patre et filio
non excluditur spiritus sanctus cuius
ratio est quia quando est quod nominato
patre et filio intelligatur spiritus sanctus
quia spiritus sanctus est nexus am-
borum scilicet patris et filii et ideo dicto quod
clausula addita patre et filio non
excludit spiritum sanctum. Septimo que-
ritur aliquis de illo verbo opus quod
consummavi et hoc enim non videtur
verum quod illud opus fuit consummatum
in passione sed christus dicens hec verba
adhuc non fuit passus. Ad hoc dicendum
est secundum Augustinum in originali et salvator
utitur preterito pro futuro. Cuius ratio
est quia sicut preteritum est certum
ita notitia christi de re futura
fuit certissima. Unde christus pro
certitudine consummasse se dixit quod
se consummaturum esse certissime novit
hoc est modo loquendi sicut illud
psalmi foderunt manus meas

et pedes meos cum tamen hoc
esset futurum sed propter certitudinem prophetie
usus est preterito pro futuro
Deinde cum dicit et nunc clarifica
me pater etc. duabus conditionibus
petitionibus ponitur ipsa petitio
unde dicit salvator et nunc cla-
rifica me tu pater apud temetipsum
claritate quam habui prius quam
mundus fieret. Queritur aliquis
quid christus petit clarificari claritate
quam habuit prius quam mundus fieret
